UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

Liber Quintus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

omni exuſtione īmmunis permanſit. Bos autē
vti viuus calorem ſentiret: mugire ⁊ ambulare
cepit. Ad quod miraculum multi cōuerſi ſunt.
Nouiſſime xp̄o iubente iuliano capite ceſus eſt.
Cuiꝰ corpus ab epiſcopo felicio in ciuitate mu
tonis ſepultum eſt pridie idus maīj.

¶ De ſctō Pacomio abbate. Cap. clxxi.

PAcomius abbas vir
doctrine ⁊ apoſtolice vite egypti
cenobiorum fundator fuit. Hic
apud thebaidem mira ſanctitate
conſpicuus: in ſpecu diu latitās
ab angelo monitus ad fundationē monaſterio-
rum acceſſit: regulā quoqꝫ eis aptam āgelo di-
ctante cōpoſuit: ipſamqꝫ ⁊ traditiones deo vi-
uēdi eiſdem conceſſit. In hoꝝ aliquo monaſte
riorum aliquādo ſeptem milia monachoꝝ erāt.
Sed maximuꝫ et precipuum in quo erat paco-
mius habebatur. In quo mille quingēti mona
chi deo ſeruiētes degebant: diuerſiſqꝫ miniſte-
rijs proprijs manibus laborabant. Indeqꝫ vi-
ctum ſibi ⁊ pauperibus acquirebant. ¶ Appa-
ruit ei die quodā diabolus in ſpecie elegantis
femine: vt ipſum de carnis tētatione pulſaret:
Sed ab illo cognitus diuina virtute compul-
ſus eſt multa vtilia ſibi edicere ad tentationes
euitandas. Indeqꝫ ab eo ſigno crucis effugat.
Huic etiā chriſtus ſpinis coronatus apparuit.
Multiplicationes cenobioruꝫ ⁊ monachorum
egypti: ⁊ inde eorūdem deſolationes ꝓpter ho
minum peccata predicēs. Quieuit autē in chri
ſto ſanctus pater anno nono archadīj ⁊ honorīj
imperatorū: etatis xp̄o ſue centeſimodecimo: vt
ait Sigibertus pridie idus maīj. ¶ Hic ſanctꝰ
preter regulam quā angelo ſibi dictante cōſcri
pſit: vt dictum eſt. Ad collegas ꝓpoſiture ſue
diuerſas multaruꝫ virtutum ſcripſit epiſtolas:
videlicꝫ ad abbatem cornelium vnam. Ad abba
tem ſyrum vnam. Ad omniū monachorū prepo
ſitos: vt in vnum cōuenientes paſchalem diem
celebrent vnam. Similiter vt ad diem remiſſio-
nis que menſe auguſto agitur ījdem congregē
tur vnam. Item ad fratres qui foris monaſte-
rium operari miſſi fuerant vnam. Hec gemna-
dius de illuſtribus viris.

¶ De ſctō pacomio confeſſore. Cap. clxxij.

PAcomius monachꝰ
in ſcythi fuit. Ad quē venit hera
clides graui carnis tētatiōe pul
ſatus. Qui ab eodem iam ſeptua
genario audiuit ꝙ ꝑ annos duo-
decim huiuſmodi tentationē nunqꝫ deprimere
potuerat: vnde quaſi deſperatus ſe nuduꝫ fere
deuorandū proiecerat: ſed illeſus dimiſſus ad
cellam redierat. Cui diabolus apparuit in ſpe-
cie puelle pulcherrime ſuper genua viri ſancti
procumbens. Quam vt ipſe manu in faciē per-
cuſſit confeſtim euanuit: ſed biennio ſibi fetor
in manu permanſit. Inde aſpidem verēdis ap
poſuit: vt ſe morderet: et ſic tētationem fuga-
ret: ſed illeſus permanens a ſerpente a domi-
no confortatus eſt. Et ſic in ſancto propoſito
perſeuerauit. Hec heraclides. Quieuit in do-
mino pridie idus maīj.

¶ De ſctō Theodoro abbate. Cap. clxxiij.

THeodorus pacomīj
abbatis ſucceſſor inſignis ſanctita
te ⁊ doctrina ſpectabilis in libro de
collationibus patrū a caſſiano edi-
to multimode commēdatur: qui poſt ipm eius
ſucceſſorē monaſteria ſua in ſummo perfectio-
nis apice ſtrenue gubernauit. De concordia et
vnitate: et de permanendo in propoſito cordis
et ſtudīj exhortatorias et elegantes ad alia mo
naſteria plures epiſtolas ſcripſit: et miraculis
clarus in domino quieuit. Hec Gemnadius li-
bro de viris illuſtribus.

¶ De ſctō Oroſienſe abbate. Cap. clxxiiij.

ORoſienſis mona-
chus pacomīj ⁊ theodori abba-
tum collega vir morum perfe-
ctione conſpicuus: ⁊ in ſcriptu
ris diuinis ad plenū eruditus
fuit. Qui librum edidit totius
diſcipline monaſtice eruditionis conſtructum:
librū quoqꝫ alium totū plene teſtamentū vetus
et nouum iuxta neceſſitatē monaſticā compen
dioſis diſſertionibus exponentem quem teſta-
menti vice prope exceſſus ſui finem fratribus
obtulit. Et ſanctitate pollens in pace obdormi
uit. Hec gemnadius vbi ſupra.

¶ Explicit liber quartus.

## Prologus quinti libri.

QUintus liber
preſentis catalogi cō
tinet paſſiones ac ge-
ſta ſanctorum: quoruꝫ
feſtiuitates eueniunt
infra tempus: in quo
eccleſia repreſentat di
uini verbi ⁊ ipſius ec-
cleſie matrimonialem
conſumationē: et qua ſubſecutaꝫ nouimus ſu-
gem liberorum procreationē ⁊ propagationeꝫ:
quod tēpus fuit a die penthecoſtes: ⁊ durabit
vſqꝫ ad ſeculi finē. Et ipſuꝫ tēpus repreſentat
eccleſia a feſto penthecoſtes vſqꝫ ad aduētum.
¶ In quo quidē tempe: ꝑmo ipm matrimoniū
conſumat: videlicꝫ a premiſſo penthecoſtes fe-







ſto vſqꝫ ad octauam corporis chriſti. ¶Secundo ex ipſo matrimo-
nio ſpiritualis generatio ꝓpagat᷑: ab octaua corporis xp̄i vſqꝫ ad
aduentū. Ideoqꝫ primo in hac vltima parte ponent᷑ feſtiuitates ſan
ctoꝝ occurrētes infra tp̄s illud in quo repreſentat᷑ diuini matrimo
niȷ̄ cōſumatio. Et hoc in toto quinto libro p̄ſti. Deinde ſubſequēter
ponent᷑ feſta occurrētia infra tp̄s illud in quo repreſentatur ex ip̄o
matrimonio filioꝝ generatio ꝛ multiplicatio. Et hoc in. vi. vij. viij.
ix. ꝛ. x. ſubſequētibꝰ libris. ¶Rurſum in hoc tp̄e coniugiū xp̄i ꝛ ec
cleſie cōſumat᷑ ꝛ ꝑficit᷑. ¶Primo ꝓpter ſpirituū vnionē q̄ principa
lioꝛ eſſe debet. Hoc aūt agit᷑ in ip̄o feſto penthecoſtes ꝛ per octauā.
in quo ꝓmiſſo ſpiritu ſctō in filios adoptionis effuſo mēbra capiti
ſpiritali compage connectunt᷑. ¶Secūdo etiā per corporū cōiun-
ctionē: qd̄ eccl'ia repreſentat in ſubſequēte euchariſtie feſtiuitate
vſqꝫ ad octauā ip̄ius. In quo celebrat᷑ memoria illiꝰ venerabils ſa-
cramenti: per cuiꝰ ſumptionē fideles xp̄o etiā corporal'r copulant᷑.
¶Et ꝙuis iſtud tp̄s iuxta fictionē per nos alibi poſitā nō deberet
ꝓtendi niſi vſqꝫ ad diē tertiū nonaꝝ iuniȷ̄: vbi finiret᷑ octaua corꝑis
xp̄i quādocūqꝫ ip̄m feſtū ſequeret᷑ diē paſche vt ſupra deſcripſimꝰ:
videlicet in paſcha occurreret. vi. kalē. aprilis. Tamē illud tp̄us ꝛ
per cōſequens librū iſtū protēdemus vſqꝫ ad natiuitatē ſancti Io-
hannis baptiſte. Et hoc triplici ratione. ¶Primo qꝛ feſtū corporis
xp̄i quod eſt vltimū inter feſta mobilia aliquando vſqꝫ ad baptiſte
natiuitatē differtur ꝛ extendi poteſt. Secundo vt liber iſte ab aliȷs
in ſui breuitate nō multū diſcrepet: ſed potius adequet᷑. ¶Tertio
vt ſubſequens liber ab aliquo feſto notabili incohetur. Ad huius
ergo temporis feſta perſcrutanda procedendum eſt.

# Incipit liber quintus a penthecoſte vſqꝫ ad natiuitatem ſancti Johannis baptiſte.

## ¶De feſto Penthecoſtes ſpiritusſancti. Cap. i.



PEnthecoſte di
citur a numero dierū qui
a reſurrectione dn̄i vſqꝫ
ad diem iſtum tranſierūt
qui fuerunt dies. l. Nam
penthecōta grece: latine
ſonat quiquaginta. Nā
die quinquageſimo a re-
ſurrectione ſpiritusſan-
ctus: vt ſacra actuū teſtatur hyſtoria in apoſtolos
in linguis igneis miſſus eſt: quod ad litteram cōtigit idibus maiȷ̄.
¶Circa cuius miſſionem quattuoꝛ conſideranda ſunt. ſ. Ex parte




dei mittentis infuſio gratioſa. Ex parte ſpiri-
tus aduenientis inſpiratio miraculoſa. Ex par
te cetus ſuſcipientis diſpoſitio virtuoſa. Et ex
parte effect⁹ ſubſequētis operatio fructuoſa.
¶ Circa primum ſciendum ꝙ infuſio gratioſa
dei mittentis attendit. ¶ Primo propter miſ-
ſionis liberalitatē. Nam adeo deus ſpm̄ſanctū
liberaliter miſit: ꝙ pater miſit ⁊ filius miſit: et
ſpirituſſanctus etiā ſeipm̄ dedit. ¶ De primo
iohānis. xiiij. Paraclit⁹ aūt ſpirituſſctūs quē
mittet pater ⁊c. ¶ De ſecūdo iohannis. xv. Si
aūt abiero mittā eum ad vos. ¶ De tertio iohā
nis. xvi. Cum venerit ille ſpūs veritatis ⁊c. Nā
ſicut dicit leo papa in ſermone beate trinitatis
immutabilis deitas vna eſt in ſubſtantia: indi-
uiſa in opere: conſors in volūtate: par in omni-
potētia: equalis in gloria. Diuiſit aūt ſibi opus
noſtre redēptionis miſericordia trinitatis: vt
pater propiciaretur: filius ſaluaret: ſpūſſanct⁹
igniret. Quia eñi ſpirituſſctūs deus eſt. Ideo
recte dicitur ſeipm̄ dare. Miſit autē eum pa-
ter omnipotenter: filius ſapienter. Ipſe autem
ſpiritus ſeipſum dedit beniuolenter. ¶ Secū-
do propter miſſionis pluralitatē. ¶ Nā ipſe ſpi
rituſſanctus dat. Primo inuiſibiliter cū menti
bus caſtis illabitur. Iohan. iij. Spūs vbi vult
ſpirat ⁊ vocē eius audis: ſed neſcis vñ veniat
aut quo vadat. ¶ Secūdo viſibiliter cū aliquo
ſigno viſibili oſtendit Luce. iij. Deſcendit ſpiri
tuſſanctus corporali ſpecie ⁊c. ¶ Item ipſe ſpi
rituſſanctus apoſtolis tribus vicibus dat⁹ eſt
ſcʒ ante paſſionē: poſt reſurrectionē: ⁊ poſt aſcē
ſionem. Primo ad faciendū miracula. Secūdo
ad relaxandū peccata. Tertio ad cōfirmandum
corda. ¶ Prīo eñi dedit eis ſpiritūſanctū quā
do eos ad predicandū miſit: ⁊ ſuper omnia de-
monia: ⁊ vt langores curarēt poteſtatē tribuit.
Hec eñi miracula per ſpiritūſanctum fiebant.
Math. xij. Si aūt ego in ſpiritu dei eiicio de-
monia ⁊c. ¶ Secūdo quādo eis inſufflauit di-
cens. Accipite ſpiritūſanctuʒ quorū remiſeri-
tis peccata ⁊c. Iohānis. xx. ¶ Tertio quando
eis cōgregatis hac die ī cenaculo ſpiritūſctm̄
in linguis igneis effudit. Actuum. ij. ¶ Tertio
attenditur hec infuſio propter miſſionis diuer
ſitatē. Nā in diuerſis figuris ⁊ formis ſpiritus-
ſctūs miſſus eſt p̄ter eñi formā linguaꝝ igneaꝝ
in qua apl'is dat⁹ eſt: de qua infra dicet: alias
ſpūſſanctus in triplici ſpecie miſſus eſt. ¶ Pri
mo in ſpecie colūbe ſuper xp̄m baptizatū. Io-
hannis primo. Super quē videritis ſpiritū dei
ſicut columbā deſcendentē ⁊c. Et hoc propter
triplicē colūbe ꝓprietatē. Nam gemitū pro cā
tu habet: felle caret: ⁊ in foraminib⁹ petre ma-
net. Sic ſpūſſctūs quos replet facit pro pecca
tis gemere. Ro. viij. Ipſe ſpūs pro nobis poſtu
labat gemitib⁹ inenarrabilibus. Gregorius. i.
nos poſtulātes ⁊ gemētes facit. Facit eos eſſe
ſine felle amaritudinis. Sap. xij. O ꝙ̄ bonus ⁊
ſuauis eſt domine ſpiritus tu⁹ in nobis. Facit
eos in foraminibus petre habitare. i. in xp̄i vul
nerib⁹. Cāti. ij. Surge amica mea colūba mea.
glo. fouēs mihi pullos meos infuſione ſpūſſan
cti: in foraminibus petre. glo. i. in xp̄i vulneri-
bus. ¶ Secūdo in ſpecie nubis ſup xp̄m trāſ-
figuratū. Nubes ſe a terra eleuat: refigeriū pre
ſtat: ⁊ pluuiā generat. Sic ſpirituſſctūs quos
replet a terrenis eleuat. Eze. viij. Eleuauit me
ſpūs inter celū ⁊ terrā. A vitijs refigerat. vnde
beate virgini dicit. Spūſſctūs ſuperue. in te ⁊
vir. altiſ. obum. t. id eſt ab eſtu vitiorū refigera
bit. Pluuiā lachrymarū generat. ps. Flauit ſpi
ritus eius ⁊ fluent aque. ¶ Tertio in ſpecie fla
tus quando in apl'os inſufflauit: vt dictum eſt.
Flatus leuis eſt: calidus eſt: ⁊ vite neceſſarius
eſt. Sic ſpūſſctūs leuis eſt. i. velox ad ſe diffun
dendū. oībus eñi mobilibus mobilior eſt. Am-
broſius. Neſcit tarda molimina ſpūſſancti gra-
tia. Calidus eſt ad inflāmādū. Luce. xij. Ignē
veni mittere in terraʒ. Neceſſari⁹ eſt ad reſpirā
dum. ps. Auferes ſpiritū eorum ⁊ deficient. et
infra. Emitte ſpiritū tuū ⁊ creabunt ⁊c. ¶ Cir
ca ſcōm ſciendū ꝙ inſpiratio miraculoſa ſpūs
aduenientis attenditur. ¶ Primo ex parte tem
poris cōpetentis. Nam miſſus eſt quinquage-
ſimo die a paſcha: vt detur intelligi: ꝙ ſpūſſan
ctus eſt legis perfectio: pctōꝝ remiſſio: ⁊ eter-
na remuneratio. Legis perfectio: qm̄ ſm glo. a
die agni immolati quinquageſima die data eſt
lex in igne in mōte ſinai: ſic die quinquageſima
dat ſpūſſctūs in igne in mōte ſyon: qui ipſe ſpi-
rituſſctūs eſt perfectio legis. Qꝛ plenitudo le-
gis eſt dilectio. ¶ Eſt peccatoꝝ remiſſio. vnde
glo. ideo in quinquagenario: quia indulgentia
fiebat in iubileo: ⁊ per ſpiritū peccata remittū
tur ⁊c. ¶ Eſt eterna remuneratio. vnde glo. ſi-
cut. xl. dies poſt reſurrectionem quibus cum di
ſcipulis dominus conuerſatur: preſentem ec-
cleſiam deſignant. Sic quinquageſimus dies:
quo ſpirituſſanctus datur: denarium eccleſie
remunerationis exprimit. ¶ Miſſus eſt etiam
die dominica: quo die mūdi fuit inchoata crea-
tio per patris omnipotentia: quādo dixit deus
Fiat lux ⁊c. Eo etiā die fuit incepta ⁊ cōſuma
ta reparatio per filij ſapientiā. Nam die dñico
xp̄s natus eſt: ⁊ die dñico reſurrexit. Idcirco
eodē die debuit inchoari mūdi ſanctificatio ꝑ
ſpirituſſancti clemētiam. ¶ Miſſus eſt ⁊ hora
tertia: vt ſic ꝑfectio operis huius aduētus tri-
nitati aſcribatur. ¶ Secūdo ex parte modi cō-
gruentis. Nam factus eſt repente de celo ſon⁹
⁊c. Sonus eñi hic fuit repentinus: qꝛ ſpiritus-
ſanct⁹ tarda molimina neſcit. Celeſtis: qꝛ cele-
ſtes effecit. Vehemens: qꝛ ve eternum adimit:
vnde vehemens quaſi ve demens. Vel quia mē
tem ad deum vehit: vnde vehemens quaſi vehe
mens mentē. Fuit ⁊ replēs: qꝛ repleti ſunt oēs
ſpirituſctō: cui⁹ repletionis ſignū eſt. Nō reſo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nare: nam doliũ plenũ non reſonat. Et apoſtoli
in tribulatione non reſonãt: ſed ibãt gaudẽtes
a conſpectu cõcilij ⁊c. Non plus recipere: nam
vas liquore plenũ plus recipere non poteſt. Et
apoſtoli nihil ꝓpriũ habere poterãt: ſed in com
mune oĩa diuidebãt. Supereffluere: qḋ patet
in fluuio inũdante: ſic apoſtoli ceperunt ſupef⸗
fluere: qꝛ ceperũt loqui varijs linguis. ¶ Ter⸗
tio ex parte flãme apparẽtis: qꝛ in liguis igne⸗
is apparuit. Circa quod eſt videndum primo:
quare apparuit in lingua potius ꝙ̄ in alio mẽ⸗
bro. Secũdo quare potius in igne ꝙ̄ in alio ele
mẽto. Ad primũ ſciẽdũ ꝙ apparuit in lniguis:
primo vt ignea verba proferrẽt. Secũdo vt le⸗
gem igneam predicarẽt. Tertio vt ſpũſanctuȝ
qui ignis eſt: per eos loqui cognoſcerẽt. Berñ.
venit ſpũſſanctus ſuper diſcipulos in linguis
igneis: vt verba ignita loquerent̃: ⁊ igneã legẽ
lingue ignee predicarẽt: ⁊ ſpũſcm̃ ꝓ ſe loqui
cognoſcerent. Uel vt dicit Gregorius. Ideo in
lingua apparuit: quia ſicut verbum hominis in
publico lingua profert̃: ſic verbũ dei quod apo
ſtoli predicauerunt ſpũſancto mũdo propalat̃.
¶ Ad secũdũ ſciendũ ꝙ ignis habet q̃ttuordecim
cim ꝓprietates per quas denotant̃ operatiões
aduentus ſpũſſancti: quarũ ſeptem denotãt: ꝙ
per ipȝ ſeptẽ principales virtutes. i. tres theo
logicas: ⁊ quattuor cardinales acquirim⁹. Alie
ſeptem demõſtrant qualiter per ipm̃ a ſeptem
capitalibus vitijs expiamur. Nam ignis habet
virtutem exceſſiuam: quia excellit nobilitate ⁊
ſubtilitate alia corpora. Hec eſt fides q̄ de ſub⸗
tiliori materia pertractat: ⁊ eſt nobilior cũctis
virtutibus: quia ſine fide impoſſibile eſt place⸗
re deo. Eleuatiuam: quia ſurſum tẽdit. Hec eſt
ſpes que mentẽ ad celeſtia prouehit. Calefa⸗ti
uam: quia vt ad ſenſum patet frigus expellit.
Hec eſt charitas que affectuȝ in deo accendit.
Illuminatiuã: qꝛ tenebras fugat. Hec eſt pru⸗
dentia: que animũ diuina ⁊ humana ſapientia
perluſtrat. Diſcretiuã: quia ignis metalla abin
uicẽ diuidit. Hec eſt iuſticia: que inter bonũ et
malũ diſcernit: ⁊ ius ſuũ vnicuiq; tribuit. Con
ſolidatiuã: quia vaſa teſtea indurat: hec eſt for⸗
titudo que animũ mollẽ in deũ conſolidat. Pu
rificatiuã: quia rubigines metallorꝫ tollit. Hec
tẽperantia que viciorũ rubigines cõſumit. Itẽ
ignis habet virtutẽ curatiuã: quia recta ligna
ad arcuoſitatẽ reflectit. Hoc ſpũſſanctus ꝯtra
ſupbiã operat̃ altitudines incuruãdo ꝑ humi⸗
litateȝ. Attractiuã: quia aerẽ attrahit: vt patet
in ventoſis: hoc contra inuidiã emulationes at⸗
trahendo. Conſumptiuã: quia ligna conſumit.
hoc contra auariciã tẽporalia in vſus pauperũ
expendendo. Motiuã: quia ſemp mouet̃. Hoc
cõtra accidiã: quia amor dei nunꝙ̄ eſt ocioſus.
Mollificatiuã: quia metalla liquefacit: ⁊ ferrũ
molle reddit. Hoc contra iram cor vindictã ex⸗
petens demulcẽdo. Sanatiuã: quia aerem infe
ctum ſanat. Hoc contra gulã eius infectiones
purgando. Reſtrictiuã: quia fluidũ lat coagu⸗
lat. Hoc cõtra luxuriã eius fluxũ reſtringẽdo.
¶ Circa tertiũ ſcienduȝ: ꝙ diſpoſitio virtuoſa
cetus ſuſcipientis conſiderat̃. Primo propter
numerũ: nam ſpũſſanct⁹ in. cxx. diſcipulos cor⸗
poraliter miſſus eſt: per quod ſignificat̃ ꝙ ſpi⸗
ritusſanctus in vniuerſos eccleſie filios: videlȝ
in ſolos perfectos diffundẽdus erat. Nam hic
numerus. cxx. ſunt. xij. denaria. Numerus autẽ
duodenarius orbis vniuerſitatẽ importat: quia
et celum diuidit̃ in duodecim ſigna: et terra in
duodecim vẽtos: ⁊ annus in duodecim mẽſes.
Numerus autẽ denarius legis perfectionẽ de⸗
ſignat: ſed decẽ per duodecim multiplicata fa⸗
ciunt centũ ⁊ viginti. ¶ Uel per hoc oſtenditur
ꝙ illi in quos ſpũſſanct⁹ venit habere debebãt
perfectionẽ legis moſayce: que conſiſtit in de⸗
cem preceptis: ⁊ fidei euangelice que conſiſtit
in duodecim articulis. ¶ Secũdo ꝓpter locũ.
Datur eñ ſpũſſanctus in cenaculo mõtis ſyõ.
Ad quod quindecim gradibus aſcendebatur.
In quibus dauid ad tabernaculũ domini aſcẽ⸗
dens quindecim pſalmos graduales decanta⸗
bat. Si auteȝ ordine numerali ab vno incipias
⁊ ſuperaddas duo: ⁊ deinde tres: deinde quat⸗
tuor: ⁊ ſic vſq; ad quindecim peruenies ad nu⸗
merum centum et viginti. In quo numero ſpi⸗
ritusſanctus effuſus eſt: vt ſic ipſi⁹ loci gradus
myſtice prophetarent per excreſcentiam nume
rum illoruȝ hominũ in quibus ſpiritusſanctus
in eodẽ loco fuerat corporaliter diffundẽdus.
¶ Tertio propter meritum. Fuerunt eniȝ apo⸗
ſtoli receptacula mũda: ſicut de eis cantatur ad
ſpiritusſancti ſuſceptionẽ: ⁊ hoc propter ſeptẽ
que in ipſis reperta ſunt que in textu notãtur.
¶ Fuerunt eñ primo animo quieti: quod nota
tur cum dicitur. Dum complerent̃ dies penthe
coſtes: id eſt dies requietionis. Eſa. ſeptuage⸗
ſimoſexto. Super quẽ requieſcet ſpirit⁹ meus:
niſi ſuper humilem ⁊ quietum. ¶ Secundo di⸗
lectione vniti: quod notatur ibi. Erant omnes
pariter. Ideo cantatur de eis. Inuenit eos cõ⸗
cordes charitate. ¶ Tertio loco ſecreti: quod
notatur ibi. in eodem loco: id eſt in cenaculo.
Oſee. Ducam eam ad ſolitudineȝ: et loquar ad
cor eius. ¶ Quarto oratione aſſidui. vnde can⸗
tatur. Orantibus apoſtolis deum ⁊c. Sapien⸗
tie octauo. Inuocaui et venit in me ſpiritus ſa
pientie. ¶ Quinto humilitate prediti: quod no
tatur in diſcipulis. pſalmiſta. Qui emittit fon⸗
tes in conualli. id eſt dat gratias humilibus: vt
dicit gloſa. ¶ Sexto pace coniuncti: quod no⸗
tatur in hoc ꝙ̄ erant in hieruſalẽ: que interpre
tatur viſio pacis: vnde ⁊ domin⁹ quãdo poſt re⸗
ſurrectionem diſcipulis apparuit: primo paceȝ
annunciauit: et poſtea ſpiritumſanctum dedit.
¶ Septimo contemplatione erecti: quod nota
tur: quia erant ſedentes: vnde maria que vitam



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

contemplatiuā deſignat: ſedebat ad pedes dñi
et audiebat verbū illius. ¶ Circa quartū autē
notandū ꝙ operatio fructuoſa effectus ſubſe-
quentis notaꝶ in ſex effectibus: quos ſpūſſan-
ctus adueniens operatus eſt: qui continenꝶ in
illa auctoritate Johānis. xvi. Paraclytus aūt
ſpūſſanctus ⁊c. ¶ Primo ad conſolandum me-
ſtos: quod notatur ibi paraclytus: id eſt conſo-
lator. Eſa. lxi. Spiritus domini ſuper me. ⁊ in-
fra. vt ponerem conſolationē lugentibus ſyon.
¶ Secundo ad viuificandū mortuos: quod no
tatur ibi ſpiritus: quia ſpiritus eſt qui viuifi-
cat. Ezechiel. xxxvij. Ecce ego mittam in vos
ſpiritum ⁊ viuetis. ¶ Tertio ad ſanctificandū
imundos: quod notatur ibi ſanctus. pſalmiſta.
Fluminis impetus: id eſt inūdans gratia ſpiri
tus letificans ciuitatem dei. ⁊ infra. Sanctifi-
cauit tabernaculum ſuū altiſſimus: per ipſum
videlicet flumen. ¶ Quarto ad pacificandum
odioſos: quod notatur ibi pater. Nam pater na
turaliter diligit filios. Johānis. xvi. Ipſe eniꝫ
pater amat vos ⁊c. ¶ Quinto ad ſaluādum iu-
ſtos: quod notatur ibi. In nomine meo: quod ē
Jeſus: qui ſalus interpretatur. gloſa. In no-
mine ieſu pater miſit ſpirituꝫ: vt oſtendat ꝙ ad
ſaluandas gentes venit. ¶ Sexto ad docendū
ignaros: quod notaꝶ ibi: qꝛ ille vos docebit oīa
Joh. xiiij. Cum aūt venerit ille ſpiritus verita
tis: docebit vos omnē veritatem.

¶ De ſancto Iſidoro martyre. Cap. ij.

ISidorꝰ mar-
tyr Alexandrie ortus
tempore Decij impera
toris apud chium inſu
lam paſſus eſt. Hic cuꝫ
eſſet chriſtianus occul
tus Numerianū preto-
rem a decio ad ipam in
ſulam miſſum comita-
tus eſt: ⁊ apud quandā peccatricē aphram no-
mine: que tres puellas publice oībus ſe pro-
ſtituentes detinebat hoſpitatus eſt. Quas ſan
ctus nocte illa cuꝫ amelio eius comite chriſtia-
no in fide chriſti erudire cepit. Cū autē puelle
eius pedibus prouolute miſericordiā ⁊ anima-
rum ſuarum ſalutem expeterēt. Interea lucer-
na extinguiꝶ: ⁊ dum vna ex puellis ad ipam ac-
cendendam egrediꝶ: orante ſancto martyre: ce-
leſti luce domus ſubito illuſtraꝶ. Quod puella
lumine mutuato rediens ⁊ videns obſtupuit: ⁊
lux illa celica tota nocte perſeuerauit. Cū autē
aphra mane facto hec oīa matri ſue retuliſſet
illa conuerſa ad ſe ſanctū accerſiuit: ⁊ ab eo ve-
ritatem fidei didicit: verum poſtꝙ puelle cum
aphra octo diebus ieiunijs ⁊ orationibꝰ admo-
nēte ſancto martyre Iſidoro inſtitiſſent: appa-
ruit diabolus in ſpecie ethiopis teterrimi: qui
de ſancto viro Iſidoro querelam faciebat: eo ꝙ
ſibi res ſuas ſubtrahebat: et ne ſanctus ipſum
in abyſſum demergeret: exorabat. Cui martyr
domini id ſe facturum promiſit dūmodo demō
draconem occidat: qui in ipſa inſula apud quē-
dam fontem habitans plurimos peremerat.
Sicqꝫ diabolus draconem interfecit: ⁊ Iſido-
rus fontem purgauit. Aphra xᵒ cum puellis ⁊
matre cōuerſe ſunt: ⁊ a preſbytero phyllorontio
baptizate. ¶ Hec audiens Numerianus iſido-
rum tenuit: ⁊ primo in quattuor lignis extēſuꝫ
bouinis neruis crudis grauiter cedi iuſſit: de-
inde in carcerem miſit. Et cum chriſtū conſtan
ter confitereꝶ: inde eductus pedibus equo alli
gatur: ⁊ per aſpera ⁊ crepidines montanas di-
ſtrahitur: moxqꝫ virtute diuina in ipſo loco per
quem tractus eſt: aculei ⁊ ſpine in arbores gū-
mi maſtiches defluentes conuerſe ſunt: ⁊ in te
ſtimonium eius martyrij manāt vſqꝫ in pſens:
nec valent in loco altero tranſplantari: quin cō
tinuo deſiccanꝶ: aut gummi nunqꝫ emittūt. De-
inde in camino ignis immiſſus: cum inde ille-
ſus exiſſet: iuſſu numeriani decollatus ē. Cor-
pus quoqꝫ eius in puteo a paganis proiectum
ab amelio eius comite: ⁊ murope ſancta matro
na inde leuatum iuxta eūdem puteum ſepultū
eſt. Sed ⁊ ſupra corpus ⁊ puteum proceſſu tē-
poris baſilica a fidelibus conſtructa: puteū in-
tra ſui ambitum tenet: de cuius aqua oēs egri
potantes ſananꝶ: vt dicit ado. Tempore xᵒ do-
minici michaelis ducis venetiarū corpus huiꝰ
martyris inde a venetis ad eorum vrbē tranſla
tū quieſcit in ducali baſilica ſancti marci. Paſ-
ſus eſt autem idibus maij.

¶ De ſanctis Torquato et ſocijs
epiſcopis. Cap. iij.

TOrquatus: ctheſi-
phon: ſecūdus: idaletius: ceci
lius: heſychiꝰ: ⁊ euſtathius ro-
me a ſanctis apoſtolis epiſco-
pi ordinati ad predicandū ver-
bū dei ad hiſpanias miſſi ſunt.
Cūqꝫ ad ciuitatem acitanam veniſſent: ⁊ quie-
ſcentes modicum diſcipulos ad vrbem pro ci-
bis emendis deſtinaſſent: mox a paganorū mul
titudine inſecuti ſunt: qui tunc dijs ſuis feſta
celebrabant. Et cum eos vſqꝫ ad fluuiū pſecu-
ti fuiſſent: cum gentiliū multitudo trāſire vel-
let: ruente ponte multi ex ipis in flumine neca
ti ſunt. Viſoqꝫ miraculo lupanaria ſenatrix cuꝫ
eis qui remanſerāt crediderunt. Poſt hec ſan-
cti epiſcopi diuerſis vrbibus euangelizantes
multos populos ad dominuꝫ conuerterunt. Et
tandem Torquatus acij: ctheſiphon vergij: ſe-
cundus abule: indaletius vrſi: cecilius eliberi:
heſychius carteſe: euſtathius eliurgi quieue-
runt. Sed in ciuitate acitana ad ſepulchrū ſan
cti torquati arbor oliue in eius feſto pter natu-
rā diuinitꝰ florens maturis oleis onuſtaꝶ: qua-

rum liquore egritudines ſanantur. Horum om
nium feſtum agitur idibus maij.

¶ De ſanctis Petro paulo andrea et
dionyſia martyribus. Cap.iiij.



Petrus: pau
lus: andreas ⁊ Dio
nyſia temporibus de
cij Ceſaris paſſi ſunt. Quorū
petrus adoleſcēs ab optimo
ꝓconſule apud lemoſacū ciui
tatē cōprehēſus: cū ſe xpianū
ꝓfiteref in rota extēſus ⁊ vin
culis ferreis toto corpe aſtri
ctus: dū cōſtanter ꝑmaneret:
gladio aīaduerſus eſt. Deinde proconſul ad ci
uitatē troadū accedēs oblatos ſibi nicomachū
andreā ⁊ paulū xpianos dudum torqueri fecit.
Nicomachus aūt diutiſſime cruciat⁹ cum iam
prope eſſet: vt ſpm̄ emitteret: clamauit ſe xpia
num nunq̄ fuiſſe: ⁊ idolis ſacrificaturū paratū
eſſe. Qui mox depoſit⁹ vbi ſacrificauit: a demo
nio arept⁹ ⁊ ī terrā eliſus: linguā ſuā comedēs
infeliciter expirauit. Cū aūt dionyſia puella an
norū.xv. virgo xpiana hec vidēs infelicitatem
illius argueret: ⁊ xpm dn̄m verū deum acclama
ret a iudice tenta tradif duobus laſciuis iuue
nibus illudēda. Qui dū eā corrūpere vellent: ⁊
illa cōtra eos viriliter dimicaret: apparuit eis
angelus dn̄i cum immēſo lumine qui domū tā
ta luce perfudit: ꝙ iuuenes terrore perculſi ad
pedes virginis prociderunt: ⁊ veniā poſtula
runt. Mane aūt ꝓconſul paulū ⁊ andreā flagel
lis ceſos populo tradidit occidēdos. Quos il
li pedibus alligatos extra ciuitatē trahētes la
pidibus interfecerūt. Ad quos accurrēs diony
ſia vt ſecū occūberet iuſſu ꝓconſulis decollata
eſt. Quoꝝ oīm corpa a xpianis ad vrbē lemoſa
cum delata vna cū corpe beati Petri martyris
ſepulta ſunt. Horꝝ oīm agif paſſio idibus maij.

¶ De ſancto Peregrino preſbytero
⁊ martyre. Cap.v.

Peregrinus preſby
ter ciuis Romanus a ſancto Si
xto papa cū marſone p̄ſbytero cō
cordio diacono: ⁊ iouiano ſubdia
cono atq̄ ianuario lectore ad pre
dicandū verbum dei ad gallias miſſus eſt. Qui
primo apud maſſiliā. Deinde apud lugdunum:
deinde apud antiſiodorū p̄dicarūt: vbi multitu
dinē populi cōuerterūt: ⁊ eccleſiā fabricarūt.
Poſt que beat⁹ peregrinus iteranū acceſſit: vbi
dū xpm anūciaret a iudice tent⁹ ⁊ in vico bau
giaco in carcere detent⁹ eſt. Deinde imperatori
adriano ad iteranēſem ciuitatē venienti p̄ſenta
tus eſt. A quo diuerſis ſupplicijs attrectat⁹: no
uiſſime decollat⁹ eſt anno dn̄i.cccxx. Corpus
ſ̄o eius feris expoſitū cū dieb⁹ plurib⁹ ꝑman
ſiſſet intactum iuſſu angelico a Ruſtico xpiano
colligif ⁊ plauſtro imponif: eodēq̄ angelo du
ce a media nocte vſq̄ ad aurorā ad ſanctū Dio
nyſium pariſieñ. deducif. Cūq̄ mane ruſtic⁹ ſe
antiſiodorū adhuc appropinquare nō crederet:
⁊ poſtmodū ſe antiſiodorū trāſiuiſſe ⁊ pariſius
aduenisse conſpiceret: mirat⁹ expectabat dei vo
luntatē. Tūc ſignis eccleſie ſancti dionyſij per
ſeipſos pulſantib⁹: ⁊ monachis hoc ſtupētibus
neq̄ cauſam cognoſcētibus: tandē voce de celo
corporaliter ad eos facta ꝑmoniti om̄es mona
chi ſancto corpori obuiarunt: ⁊ ipm ad locū ſuū
deferentes in capſa argentea honorifice ſepe
lierūt: vbi ⁊ quieſcit miraculis pollēs. Paſſus
eſt aūt.xvij.kalen.iunij.

¶ De ſancto vbaldo epo ⁊ confeſſore. Cap.vi.



Vbaldus
epis nobili ꝓ
ſapia eugubi
ne ciuitatis o
riūdus a pue
ritia deo deuo
tus patre defuncto cui fuerat
vnicus apud eccleſiam ſancti
ſecundi iuxta ipm oppidū ſi
tā litteras puerulus didicit:
⁊ clericus ipſius eccleſie factus eā in tantū di
lexit: vt ipam poſt tps de paupere diuitē: de ſe
culari faceret regularē. Qui poſtmodum a pa
truo noīe Vbaldo cuius gra ⁊ ipe vbaldus voca
tus fuerat maiori eccleſie traditus: ſumma ſan
ctitatis perfectione pollere cepit. Qui etiā ab
amicis dudū pulſatus vt vxorem ſumeret: oīno
recuſauit: xpo potius militare decernēs. Car
nem quoq̄ diris ⁊ aſſiduis ieiunijs macerabat.
Deinde quaſi inuit⁹ ſacerdotij gradū cōpulſus
aſcendere: oīa ſibi a patre relicta egenis ⁊ ec
cleſijs diſpenſauit. Eccleſiā quoq̄ ſuā matricē
edificijs ⁊ p̄dijs ampliauit. Sed cū quaſi tota
ciuitas incendio cōflagraſſet eccleſiā ſuā ſan
cti ſecundi cū clauſtro ⁊ domo igne conſumptā
de proprio reparauit. Dehinc in cenobio cano
nice portueñ. apud rauēnā tribus mēſibus mā
ſitans regulā ⁊ ordinem dei viuendi: nō ſolum
imbuit: ſ; in ſcriptis reportauit: ⁊ reuerſus ad
eccleſiā ſuā eandē regulariū canonicoꝝ mona
ſteriū iuxta ordinē portueñ. inſtituit: eāq̄ pre
dijs dotauit. Et in ipſo ſuo regreſſu: l; itinere
fatigatus nūq̄ ieiuniū ſoluit. Cū aūt in quodā
nemore cū ſocio dormitaſſet: exinde ſurgēs co
dicē regule obliuione dimiſit: ⁊ ſolicit⁹ ꝓ libri
amiſſione vel ſaltem deuaſtatione ꝓpter imbrē
maximū qui ceciderat rediit: librūq̄ repperit
vbi dimiſerat iuxta viā nec raptum ab hoīe nec
a pluuia malefactū. Et q: regula ipa artior vi
debaf: cū trib⁹ tm̄ ex ſuis clericis: alijs abeun
tibus in dicta eccl'ia regulariter viuere cepit.
¶ Mortuo ſ̄o epo peruſino; vbaldus eligif: ſ;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fugiens ad heremū: tam diu latuit: ꝙ diu alius
ſurrogatur. Alias etiā electus in epm alterius
ciuitatis pedes romā adijt: ⁊ ab honorio papa
inſtātia multa reſignationē obtinuit. Demum
diſponēte dño electus in epm eugubinū ab eo-
dem papa: ꝙuis dudum renitens iuſſus preſu-
latum acceptauit ⁊ vſq ad tempora alexandri
iij. ſuperuixit: oī vite ſanctitate tantaq patiē-
tia pditus: vt etiā ab ipis ſuis familiarib⁹ in-
iurias perpeſſus patiētiſſime tolleraret. Nā ⁊
a ſuo ianitore aliqñ excluſus etiam ſemel oſtio
in fronte percuſſus nullā vindictā excogitauit.
Et dum quoſdā ad inſtātiā ciuiū iniuſte excōi-
care nollet, phibiti ſunt oēs ſibi clerici miniſtra
re: adeo vt etiā ad miſſam celebrādam vnicum
aliqñ ſeruitorem habere nō poſſet: ⁊ patienter
tulit. Preterea cum murū vrbis iuxta vineam
epiſcopi repararent: ⁊ cloacā in vineā facerent
infundantem: quod vbaldus phibere volēs cū
iniuria in cemēto liquido iactat⁹ ⁊ ſordidatus
benigne ſupportauit. Quoſdā quoq eius affi-
nes iniuriā vlciſci volētes oīno phibuit. ¶ Dū
aliqñ ſeditio dura eſſet in ciuitate illuc vt in pu
gnam ſedaret feſtinauit: quā dum nullo modo
ſedare ſe poſſe perpēdit: ex induſtria inter en-
ſes ⁊ lapides ſe in terrā deiecit: nec inde ſurre
xit: donec ciues epm ex vulnere mortuū exiſti-
mantes a ſeditione ceſſarūt. ¶ Alia vice cum ci
uitas eugubina ab. xi. ciuitatū ⁊ caſtrorū ciui-
bus inuicē cōtra eā colligatis obſeſſa eſſet: eā
q expugnare vellēt. Uir ſanctus ſupra murum
aſcendens ſignū crucis edidit: ⁊ hoſtes nemīe
pſequente fugauit adeo: vt relictis oībus ſolā
vitam ſaluare contenti ad ppria feſtinando re-
dirent: ciues quoq Eugubij de ſpolijs ditati
ſunt. ¶ Federicum etiam imperatorē qui obſi-
dibus ab eadē vrbe ſuſceptis grauem pecunie
ſummā expectebat: exiens ad eum oratione p-
miſſa adeo xpi virtuti placauit: vt obſides libe
re redderet: ⁊ epm plurimū honoraret. Multis
etiā grecis cōtulit ſanitatem. Nam vnū ex ſuis
canonicis a graui languore liberauit. Eccleſiā
ſancti benedicti conſecrans ſolo veſtimētorum
contactu paralyticū curauit. Cecis duobus vi-
ſum reſtituit: quorum vnus p viſionē monitus fue
rat ad eū accedere p lumine obtinēdo. ¶ Aliū
quoq qui ad eum p luce recuperāda venerat:
q2 cognouit hoc ei⁹ aīe ſaluti nō ptinere ad tan
tam patientiā ſuis exhortationib⁹ induxit: vt
pmiſſa ſibi eterna luce p tēporali pdita nullate
nus viſum recuperare voluiſſet. Et multis alijs
ſignis admodum effulſit. Deniq ppter nimias
afflictiones grauiter languebat intantū ꝙ ex
carne ipſius potiſſime ex vlcere peſſimo qd in
latere patiebat: ſanies itollerabilis effluebat:
nec ppter hoc vnꝙ deſtitit a pontificalibus ex
ercēdis. ¶ Die ſctō paſche iā duriſſima pſſus
egritudine: vt vix in lecto ſe poſſet erigere: ad
preces populi per orationem obtinuit: vt p ſe-
ipm ſine adiutore cōſurgens miſſam in pontifi
calibus celebraret: ⁊ populo ſuo vltimū ſermo-
nem vice teſtamēti faceret. Et ad vltimū poſtꝙ
filios benedixit ad lectulū redijt. Inde ingra-
ueſcēte lāguore ſumptis eccleſiaſticis ſacramē
tis orās ⁊ pſallens dño ſpm reddidit feria ſe-
cunda penthecoſtes: q ipſo anno occurrit. xvij.
kalen. iunij. ¶ Cum autē tam propter frequen
tiam egrotorum ad pheretrū veniētiū ⁊ repor-
tantium ſanitatem ꝙ ppter multorum deuotionē
ſepulture ipſius vſq ad. v. feriā protacta fuiſſet
corpus eius nulla corruptione maculatū: ſz ſua
uiſſimo fragrās odore: cum luctu multorum et
gaudio ſpiritali ab epiſcopis Peruſio caſtella-
neñ. ⁊ callieñ. ſepultum eſt honore cōdebito in
canonica: videlz ſua iuxta muros ciuitatis: vbi
vſq in preſens quieſcit incorruptum oīno infi-
nitis ⁊ crebris miraculis clarens.

¶ De ſancta maxima virgine. Cap. vij.

Maxima vgo in pago
forliuienſi vico calidiano virginita
tis lilio floreſcēs multiſq ⁊ inſigni
bus clara virtutibus in pace quie-
uit decimoſeptimo kalen. iunij: vt dicit ado in
martylogio ſuo.

¶ De ſancto torpete martyre. Cap. viij.



Torpes
martyr in ciui
tate piſana tē
pore Neronis
imperatoris
paſſus eſt. Nā
cum ipe nero ciuitatē Piſa-
nā reſtauraſſet: templū diane
ibi cōſtruxit: vbi ⁊ celū eneuz
fabricauit nonaginta colūnis
ſuſtentatū cum imaginib⁹ ſolis ⁊ lune ⁊ ſtellarum
que artificioſe oriebant ⁊ occidebāt: ⁊ cū fora-
minib⁹ fiſtularum p q aque guttule diſtillātes plu
uiā ſimulabāt. Fecit etiam quadrigā ſubterra
neā: que cōmota tonitrua mentiebat. ¶ Eodē
aūt tpe sctūs torpes q magn⁹ erat in palatio ce
ſaris ſpū dei tact⁹ a sctō antonio pſbytero q in
latere mōtis ꝯtiguo ciuitati latebat occulte ba
ptizat⁹ ē: ⁊ reuertēs domū ab āgelo ſibi apparē
te i fide ꝯfirmat⁹ ē. Hoc audiēs nero ceſar: tor
petē captū ſatellico ppīquo ſuo puniēdū dimi
ſit: ipe vo romā redijt. Satellic⁹ vo torpetē pri
mo in carcere triduo ferrovinctū afflixit. Dein
de ad colūnā ligatū cedi fecit: ſz orāte sctō co-
lūna corruit: et ſatellicū cū. l. paganis oppſſit.
Quē fili⁹ ſatellici filuin⁹ noīe p noctē in rota li
gauit. Mane vo beſtijs expoſuit. leopard⁹ eni
ad pedes ſcti pcidēs māſuet⁹ redditur: leo vo
vbi in eū impetū fecit ſubito morit. Qd cernēs
euellinis cōcilíari⁹ īparoris ad xpm cōuerſus
eſt: ⁊ a filuino decollat⁹. v. kalen. maij. ¶ Dein-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de oratione torpetis templū cum omnibus ſy-
derū figuris ⁊ eius edificijs ab angelo ſubuer
ſum eſt: ⁊ idolū diane in puluerē redactū. Pro-
pter qḋ iuſſu ſiluini iuxta mare vbi flumē arni
in equor decidit: ſanctꝰ martyr educit: ⁊ ibidē
capite truncat tertio kalē. maij. Cuius corpus
in nauicula carioſa cū cane ⁊ gallo in mare ex-
ponit: vt vel a beſtijs roderet: vel in mare mer-
geret. Angelo tamē duce nauicula ad hiſpaniā
deuenit. Et a ſenatrice xpiana celerina noīe q̄
regni dimidiū obtinebat in ſonis diuinitus ad
monita corpus ſancti reperitur in portu qui di
citur ſinos: ⁊ iuxta littus honorifice ſepelit de
cimoſexto kalē. iunij: vbi poſtmodū eccleſia de
ſuper ſuo noī fabricatur. Et feſtum eius die
ipſius depoſitionis ibidē celebratur.

De tranſlatione ſancti Syri
epiſcopi. Cap. ix.

TRanſlatio corporis
ſancti Syri epī papienſis ab inco-
lis eiuſdē ciuitatꝫ decimoſexto ka
lendas iunij celebrat. Cuius cor-
pori dn̄s tantam gratiā cōtulit: vt etiam ipſius
contactu mortuum ſuſcitaret. Cecis viſum: ſur
dis auditum: claudis greſſum preberet: mul-
toſqꝫ languentes a diuerſis infirmitatibus ſa-
nos efficeret ⁊ obſeſſos a demonijs liberaret.

De ſancto Sophonia propheta. Cap. x.



SOphoni-
as ꝓpheta filius
chuſi: filij godo-
lie: filij amaſie: fi
lij ezechie: vt ex textu ipſius
ꝓphetie liquet in diebꝰ ioſie
filij amon regis iuda ꝓphe-
tauit: in duabus: vicꝫ tribubꝰ
iſrael. Iam enī decē tribus
in aſſyrios tranſlate fuerant.
Dirigitur autem eius prophetia contra natio-
nes in lectione comprehenſas. Prenuncians
eis futurum iudicium. Populo xp̄o ſuo iſrael
ſalutem et ciuitati hieruſalem reſtaurationem
tunc temporis tribuēdā prout textu lectionis
denūciauit. Cū enī hieremias ⁊ alij multi pro-
phete excidiū hieruſalē ⁊ populi captiuitatem
futurā predixiſſent. Hic ſolus in conſolatione
populi ſui: ne ex hoc natiōes cōtra dei populū
animoſius inſultarent: non ſolū gentibus iudi
cium cōminat: ſed etiā plebi ſue reuocationem
⁊ hieruſalē reedificatione predicat. Hieremie
enī contemporaneus fuit. Et quaſi ſecum eodē
tp̄e ꝓphetauit. Hieruſalē tamē nec deſtructio-
nem nec populi ſui in babylonem tranſlationē
aſpexit. Nam ante illa tempora in diebus: vicꝫ
ioachim filij ioſie regis iude cū patribꝰ ſuis in
pace dormiuit. Et ſepultus eſt in hieruſalē de-
cimoquinto kalendas iunij. Hec hieronymus
et ioſephus: ⁊ ex hyſtoria ſcholaſtica. Hic ſan-
ctus ꝓpheta et numero eſt illoꝝ. xij. qui mino-
res dicunt. ⁊ Eccl'iaſtici. xlix. in ſanctoꝝ patrū
catalogo conſcribuntur.

De ſancto Dioſcoro martyre. Cap. xi.

DIoſcorus lector et
martyr apud egyptū paſſus ē.
In quem preſens detentū mul
ta ⁊ varia tormēta exercuit: ita
vt vnguibus carnes eius effo-
deret et lāpadibus eius latera
inflāmaret. Sed celeſtis luminis fulgore per-
territi ceciderūt miniſtri. Nouiſſime laminis ar-
dentibꝰ aduſtus martyriū cōſumauit. xv. kalē.
iunij. Hec hieronymꝰ in martylogio ſuo.

De ſancto Venantio martyre. Cap. xij.

VEnantius martyr
in ciuitate camerina paſſus eſt
tēpore decij ceſaris. Qui a pre
ſide tētus cum chriſtū dominū
confiterent: primo quidem fu-
ſtibus ceſus: deinde in carcere
miſſus: ſꝫ ab angelo cōfortatus eſt. Inde e du-
ctus leonibus exponit: ſed ipſi eius pedibꝰ ꝓ-
cumbentes māſuetiſſimi reddunt. Deinde pe-
dibus appēſus verſo deorſum capite faculē ar
dētes eiꝰ vertici ſupponunt. Et cū hoc etiā ge
nus ſupplicij toleraſſet manibꝰ ⁊ pedbꝰ exten
ditur: ⁊ ignis eiꝰ vētre ſolūmodo accendit: et
ſic medijs partibꝰ diutius incēſus affligit. No
uiſſime cū oīa ſupaſſet: gladio caput eius preci
ditur. Corpuſqꝫ ipſius in eadē ciuitate a fide-
libus tumulat. xv. kalen. iunij.

De ſancto Felice epiſcopo et
martyre. Cap. xiij.

FElix epiſcopꝰ apud
ſpaletenſ. vrbem ſub maximiano
imparore paſſus eſt. Qui cū xpꝫ
dominū predicaret a iudice com
prehenſus poſt plurima ſuppli-
cia gladio cedēte martyrij palmā adeptus eſt
xv. kalen. iunij. Hec ado in martylogio.

De ſancto Pudente diſcipulo et
confeſſore. Cap. xiiij.

PVdens confeſſor ci-
uis romanorum nobilis filius pu
nici illuſtris ⁊ priſcille fuit: ⁊ ma
ritꝰ ſabinelle: ex qua duas filias
procreauit: ſcilicꝫ potentianam ⁊
praxedem. Quas vtpote chriſtianiſſimus non
ſolū per manus paſtoris preſbyteri baptizari
fecit: ſed etiā in lege diuina plenius erudiuit:
et ad obſeruantiam virginitatis induxit. Hic
enim a beato paulo apoſtolo doctus fuit: qui do
mum ſuā in eccleſiā edificauit: qua et per ma-

nus pij pape conſecrari fecit. Nutritor nanqꝫ pauperũ ⁊ ſuſceptor peregrinorũ ſumma ambitione fuit. Et poſt multa ſanctitatis opa laudabilia i pace quieuit. xiiij. kalē. iunij: vt dicit ado.

¶ De ſancta Potentiana virgine. Cap. xv.

Potētiana virgo filia fuit beati pudentis et ſoror praxedis nobiliſſima romanorum. Hec poſt mortē parētis vtriuſqꝫ omnē facultatē ſuã cũ ſorore diuidēs: ceperunt ambe ditiſſimũ patrimoniũ vendere: ⁊ pecunias pauperibus erogare: in eccleſia vero quã pater illarũ conſtruxerat in loco vrbis: q dicitur in vico patricij: quã prefatus pater earũ pudēs in titulo beati paſtoris dedicauerat; cũ conſilio Pij pape baptiſteriũ conſtruxerũt: cupiētes vt familia vtriuſqꝫ earũ die ſctõ paſche baptizaretur. Quos a numero. xcvi. manumiſſos beatus pius eps aquis ſalutaribus abluit. Ibiqꝫ per ſanctos preſbyteros et clericos die noctuqꝫ diuina celebrari myſteria: ⁊ multos baptizari faciebant. Poſt multorũ itaqꝫ martyrũ exhibitas venerabiliter ſepulturas: poſt oēs facultates ſuas pauperũ viſceribus incluſas et Chriſto fideliter cõmendatas: potētiana in ſancto virginitatis propoſito de terris ad Chriſtũ migrauit decimoquarto kalen. iunij. Sepulta iuxta patrem ſuum via ſalaria in cimiterio priſcille temporibus antonini imperatoris.

¶ De ſancto Johanne martyre. Cap. xvi.



Johannes martyr temporibꝰ maximiani imperatoris apud alexandriam paſſus eſt. Hic primum vocatꝰ neanias gētilitate deditꝰ a matre theodoſia gētile primaria eiꝰ ciuitatis maximiano ceſari antiochie degēti preſentatꝰ: ⁊ ab eodem dux alexandrie effectus eſt: vt chriſtianos ibidem perſequeretur. Cum autem nocte quadam cum militibus ſuis verſus alexandriã iter ageret: luce celeſti circunfuſus: chriſtoqꝫ ſibi viſibiliter apparente ad inſtar beati pauli apoſtoli ad terram proſternitur: in fide chriſtiana admonetur: ⁊ ad dominum repente conuertitur: veniens igitur alexandriam crucem ſibi ſecretius fabricari fecit: in qua diuinitꝰ nomē domini emanuel ſculptum repperit. Et cum exercitus agarenorum alexandrie fines inuaſiſſent: et alexandrinorum filias rapuiſſent: ipſe collecta gente ſua crucem illam deferens agarenos pene innumerabiles in fugam vertit: et eorũ multitudinem cecidit et ſtrauit: nullo de ſuis vel ad modicũ vulnerato. Reuerſus aũt a matre que ipſum alexandriam ſecuta fuerat: inuitatur: vt dijs pro triumpho habito immolaret. Qui templũ ingreſſus idola argentea confregit: ⁊ pauperibus erogauit. De quo a theodoſia matre maximiano delatus eſt. Qui ab antiochia per litteras vltioni pſidi mandauit: vt neaniã tentũ immolare compelleret: aut diuerſis ſupplicijs puniret. Vltio igiẜ iohannē comprehēſum: ⁊ idolis ſacrificare abnuentē i equuleo ſuſpendi fecit: ⁊ a quattuordeci viris viciſſim diutius lacerari: ſicqꝫ quaſi mortuũ in carcerẽ trudi. Nocte vero a chriſto cũ angelis et luce nimia ſibi apparēte confortaẜ: plagis oibus ſanꝰ reddiẜ: nomenqꝫ ſuũ primũ quod erat neanias iohãnis nomine commutaẜ: inde eductus ⁊ ſacrificare ſuaſus cũ templũ introiſſet triginta ſex ſtatuas idolorũ vertit. Quapropter multi de militibus in dño crediderũt: qui a ſancto leontio epiſcopo baptizati: ab vltione pſide in chriſti confeſſione decollati ſunt. Johãnes vero ferro onuſtus iterum in cuſtodia detineẜ: vbi exiſtens duodecim mulieres ad ſe veniētes cũ matre theodoſia conuertit ad xpm. Quas vt chriſtianas pſes cõperuit ipas oēs equuleo ſuſpenſas ⁊ vnguibus laceratas ac lateribus aduſtas carceri tradidit vna cũ theodoſia matre iohannis: que ſanctas illas martyres in carcere refouebat. Ipſaſqꝫ omnes leōtius baptizauit. Sequenti vero die inde omnes cum theodoſia educte: pmo lapidibus ora earum contuſa ſunt: deinde extenſe ⁊ virgis ceſe: et poſt hec manicis ferreis cãdētibus aduſte ſunt: nouiſſime decollate ſunt. ¶ Poſt hec autem ſanctus iohannes eductus inſtrumētis ferreis facie conciſus ceruice plumbatis pcuſſus. Iterũ carceri mãcipatur: vbi multa miracula fecit ⁊ demonia eiecit: multoſqꝫ ad xpm conuertit. Interea defuncto vltione a flauiano ſucceſſore eius gladio necari iubeẜ. Sed dũ illũ ſpiculator pcutere vellet moriẜ ſubito: ⁊ iohannes ad preſidē reducitur. A quo iterũ appenſus neruis cediẜ: carbonibꝰ incendiẜ: plagiſqꝫ ſale pfundiẜ. Dehinc ãte ipſũ depoſitũ idolũ ſiſtitur: thuſqꝫ in manu eiꝰ imponitur: ⁊ ignis ſubtermittiẜ: vt vel thurificaret vel manũ exureret: qui cũ per duas horas manum in igne immobiliter tenuiſſet. tertio intra carcerē appendiẜ lapidibus in pedibus alligatis. Sed ab angelo ſolutus et oia eius vulnera ſolidata ſunt. Deinde in caminũ ignis iniectus flamma diſperſa miniſtris aduſtis: ipe illeſus permãſit. Nouiſſime iubēte flauiano gladio in gutture pcuſſus: ⁊ lancea in pectore tranſfixus martyriũ conſumauit. xiiij. kalēdas iunij. Sepultuſqꝫ eſt alexandrie circa annũ dñi ducenteſimum ⁊ octuageſimũquartũ. Corpus vero eius inde conſtãtinopolim tranſlatum. Inde a iohãne priore mõaſterij ſancti danielis de venetijs ſurreptum: ⁊ venetias ad ipſum locum delatũ eſt anno domini milleſimo ducenteſimo ⁊ decimoquinto nonas iulij: vbi ⁊ quieſcit miraculis crebris pollens.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ De ſanctis calocero ⁊ Parthe-
mio martyribus. Cap. xvij

Calocerus et parthe-
mius rome paſſi ſunt ſub decio ce-
ſare: qui cum eſſent eunuchi tri-
phonie vxoris decij prior quidem
prepoſitus cubiculi: alter ſcḋo pri-
micerius deprehenſi ab imperatore ꝙ eſſent
chriſtiani: nolenteſqꝫ ſacrificare idolis ab eo-
dem gladio occiſi ſunt. Quorū corpora via apia
a fidelibus ſepulta ſunt. xiiij. kalen. iunij.

¶ De ſancto celeſtino papa primo
⁊ confeſſore. Cap. xviij.

Celeſtin⁹ papa hu-
ius nominis primus natione ro
manus ex patre priſco. Bonifa
cio papa primo in epiſcopatu ro
mano ſuceſſit. ſeditqꝫ ānos. viij.
menſes. ix. Hic cōſtituit vt pſal-
mus Iudica me deus ⁊c. diceretur aū introitū
miſſe: ⁊ pſalmi dauid ante ſacrificiū cū introi-
tu pſallerentur cantando ex omnibus antipho-
natim: quod antea non fiebat: ſed epiſtola pau-
li: ⁊ euāgeliū dicebantur. Et ex hoc inſtituto ex
cepti ſunt introit⁹ de pſalmis ⁊ gradualia ſimi
liter ⁊ offertoria ante ſacrificiū. Hic miſit ſan-
ctum Britium filium ⁊ ſucceſſorem ſancti mar
tini turonenſis in britaniā ⁊ conuertit omnes
ad fidem. ¶ Huius etiam tempore tertia ſyno-
dus vniuerſalis epheſina ducentorum patrum
collecta eſt epheſi: iuſſu pape huius celeſtini et
theodoſij iunioris. In qua damnatus eſt neſto-
rius duas perſonas in xp̄o aſſerens ⁊ condem-
natus anathemate: ⁊ confirmatū eſt in xp̄o vnā
eſſe perſonā in duabus naturis. Et vt beata ma
ria theothece: id eſt mater domini appelletur.
Qui etiā ſepultus eſt in cimiterio priſcille via
apia. Et ceſſauit epiſcopat⁹ dies viginti nouē.
¶ Hic predicte epheſine ſynodi decretum di-
ctauit: ⁊ in vnum volumen clauſit: atqꝫ ad om-
nes eccleſias direxit.

¶ De ſancto Celeſtino papa
quinto Cap. xix.



Celeſtin⁹
papa huius no-
minis quit⁹ alio
nomine dict⁹ pe
trus de murono
nicolao pape quarto: qui fuit
de ordine minorum in epiſco
patu romano ſucceſſit āno do
mini milleſimo ducēteſimo ⁊
nonageſimo quarto. Seditqꝫ
in ap̄lica ſede menſibus ſex: ⁊ dies quattuor:
videlicet a. vij. kal. iulij vſqꝫ ad. iiij. kal. ianua-
rij. Cum eñi ſedes ap̄lica per obitū dicti Nico-
lai quarti: annos duos: ⁊ menſes tres vacaſſet
ad ſuaſionē domini latini cardinalis hoſtiēſis
ordinis predicatorum iſte in ſummum pontifi-
cem electus eſt. Qui vocat⁹ petrus de murone
ante papatū heremiticam vitam ducebat ⁊ mul
tos bonos diſcipulos fecit. Fuit autem vir ma
gne abſtinentie ⁊ orationis: ac regi karolo de-
uotus. Qui vbi electus eſt pontificatum renue
bat: ſed ad magnam inſtantiam karoli ⁊ totius
regionis recepit papatum. Fuit autem electus
Peruſij: ⁊ poſtqꝫ creatus eſt de conſilio regis
karoli noluit venire ad locum cōmunem vbi ele
ctus fuerat: prout ei ſcripſerant cardinales: ſꝫ
mandauit eis vt ad ſe venirent: ipſe autem ve-
nit aquilam: quo et cardinales ad eum vene-
runt ibiqꝫ coronatus eſt. Sed anteqꝫ de Peru-
ſio cardinales recederent dominus latinus in-
firmatus peruſij deceſſit. Fueruntqꝫ in corona
tione ipſius pluſqꝫ ducenta milia hominum. Ad
quem multitudo maxima conueniebat: tū pro-
pter pontificalem dignitatem: tum propter ſan
ctitatis famam. Statimqꝫ poſt eius creationē
ad petitionē regis ſex cardinales fecit: videli-
cet dominum Landulphum de neapoli: fratrē
Thomā de ordine ſuo: ⁊ archiepiſcopum bene-
uentanum: dominum Guilelmum de pergamo
cancellarium regis karoli: dominum Iohānē
monachum archiepiſcopum lugdunenſem: do-
minū Beraldum archiep̄m bituricenſem. Hic
in gratijs fuit largiſſimus adeo: ꝙ etiam indi-
ſcrete faciebat: vtpote quia inexpertus plerun
qꝫ decipiebatur: vnde a cardinalib⁹ inductus
ſub conſcientie pretextu incitabatur ad renun-
ciandum. Qui ad petitionem regis karoli nea-
polim venit. Sed dum rex ipſius renunciatio-
ni omnimode obuiaret: hoc non obſtante: vir
ſanctus bona conſcientia motus: primo facta
conſtitutione: in quibus caſibus papa reſigna-
re poteſt: reſignauit papatui in manibus colle-
gij: facto feſto dominice natiuitatis: ꝙ renun-
ciationem eius ſucceſſor bonifacius autentica
uit: quam habes de renunciatione libro ſexto.
Cui fidem facit. quod fecit clemens papa pri-
mus huius nominis: vt in catalogo pontificum
habetur. Poſt ceſſionem ſcḋo ad electionem pro
ceſſum eſt neapoli ſub rege karolo. Et electus
eſt dominus Benedictus caietanus diaconus
cardinalis: poſtea vocatus bonifacius octauus
quod fuit anno domini milleſimo ducenteſimo
⁊ nonageſimo quarto. Celeſtinus autem ſedit
a ſeptimo kalendis iulij vſqꝫ ad. iiij. kalē. ianua
rij. Et cum poſt ceſſionē ad heremū redire vel-
let: a Bonifacio ſucceſſore detinetur: ⁊ in quo-
dam caſtro dicto funiculus in honeſta cuſtodia
non tamen libera cōcluditur: vbi miraculis cla
rus poſtmodū moritur. xiiij. kalen. iunij. Et in
quodam ſui ordinis monaſterio: quod dicit̄ ſan
cti antonij retro altare ſepelitur. Anno domini
milleſimo treceuteſimo ſecūdo. Et a clemente

papa quinto apud auinioñ. poſtmodum cano⸗
nizatur milleſimo triceteſimo ⁊ tridecimo mi⸗
raculis eius in orbe ꝓpalatis.

¶ De ſancto Celeſtino confeſſore. Cap. xx.

CEleſtinꝰ confeſſor
⁊ monachꝰ floruit tēpore theo
doſij iunioris. Qui de monaſte
rio ſuo ad parentes in modum
libelli ſcripſit epiſtolam omni⸗
bus deum deſiderantibus ne⸗
ceſſariam: ſanctitate conſpicuam ſermone lucu
lentam. Cuius exhortatione vite ipſius perfe⸗
ctio deprehēdi poteſt: q᷑ vir ſanctus nō potuit
aliter docere ꝙ vixerit. hec vincētiꝰ in ſpeculo.

¶ De ſancto Iuone preſbytero. Cap. xxi.

IVo pſbyter ⁊ nouus
confeſſor apud trecheñ. ciuitatē cla
ruit in diebus noſtris canonizatꝰ ꝑ
clementē papā. vi. Hic ex britānia patre habe⸗
loro: matre azora ſm carnē nobilitate ſcl̄i pol⸗
lentibꝰ genitꝰ in vico ville martini iuxta trecho
reñ. ciuitatē cōſtituto ⁊ nutritꝰ ab annis infan⸗
tibꝰ deuote deo ſeruire cepit. Qui annoꝝ. xiiij.
pariſius miſſus fuit: ibiq̃ʒ in ſcientijs primiti⸗
uis optie fundatꝰ ad ſtudiū aurelianeñ. ſe trāſ
tulit ꝓ ſacre theologie ⁊ canonū ſciētijs acqui⸗
rendis: vbi tā ſtudioꝝ gratia: ꝙ ſctitatis a vino
⁊ lautis ferculis: ac delitijs cunctis abſtinuit:
⁊ corpus macerans orationibus vacabat pudi
citiā ꝑpetuo ſeruās. Inde ab archidiacono re⸗
donenſe ꝓ iudice curie poſtulatus gratis acce
ptans officiū ipm cū multa charitate ⁊ ſolicitu
dine exercebat: ⁊ nihilominꝰ quottidie ad lectio
nem theologie intrabat: miſerabilibꝰ pſonis op
preſſis ſubueniēs: iuſticiā ſummopere fouens:
iniqs pſequēs: ⁊ diſcordes ad pacē reducens:
opibuſq̃ʒ mie iugiter intendebat. De cuiꝰ fama
poſtꝙ ad epm trechoreñ. ꝑuenit: ipm in vniuer
ſalē ſue curie iudicē aſſumpſit. In quo officio
poſtꝙ aliquo tpe virtuoſe ſe geſſit: ad meliorē
vitā. ſ. cōtemplatiuā trāſire cupiēs officio reſi⸗
gnauit: ⁊ eccleſie parecialis de iohenech cuius
erat rector ſeruitio ſe prorſus mācipauit. Pan⸗
nos delicatos quos prio iuxta ſtatū ſuū veſtie
rat oīno dimiſit: ⁊ veſtes rudes albas ⁊ modici
ꝑcij induit: indeq̃ʒ habitū acſi religioſum por⸗
tauit. Cilicio carnē domuit: cūctis ieiunijs ab
eccleſia indictis in pane tm̄ ⁊ aqua ieiunauit: ce
teris diebus mira corpꝰ abſtinētia macerauit.
orōni ⁊ contēplationi maiori tpis pte vacabat.
Aliqñ integra ſeptimana ſolꝰ in ſua camera cō⸗
tēplationi intētus pſeuerauit: nullo cibo corpo
reo ſubſtētatꝰ: qui tñ extēs nullā in facie debili
tatē oñdit. Miſſam etiā diebꝰ ſingulis celebra
bat. Cui aliqñ dū corpꝰ dñicū eleuaret: globus
igneus ſup caput eiꝰ cūctis videntibꝰ ⁊ ſtupen
tibꝰ apparuit. ¶ Pauperes in domo ꝓpria cha
ritatiue ſuſcipiēs: eis largiter miniſtrabat: nec
nunꝙ ſine pauperibꝰ hoſpitibꝰ eſſe volebat. Nā
pauperē vnū cū vxore ⁊. iiij. filijs ꝑ nouē mēſes
in domo retinens eis de victu ⁊ veſtitu ꝓuidit.
Domū etiā quādā diſpoſuerat iuxta ſuā cū le⸗
ctis ⁊ alijs neceſſarijs ꝓ ſuſcipiēdis egenis: q̄
bus ipemet inuilibꝰ miniſterijs obſequēs ſepiꝰ
cū eis in mēſa comedebat: multis miraculoꝝ ſi
gnis effulſit. ¶ Cū aliqñ in domo ſua ꝑ eiꝰ vari
um vnicꝰ panis ſolūmō reptus eſſet: ⁊ beatus
uit in vmbra iuniperi: quē angelus ſuſcitauit ⁊
ſubcinericiū pan cōſidit: quo refectus in eius
fortitudine peragrauit vſq; ad montē dei. Quo
preſignabat̄ peccator: qui fugiens a facie tēta-
tionis in deſerto preſentis ſeculi laſſus in cōtē
platione arboris crucis quietē inuenit. Ibiq;
carnem chriſti ſub ſpecie panis ſubcinericij pē
dentem accipit: quo cibo refectus ſecurus per-
ambulat vſq; ad montē etherei regni. Idcirco
hoc ſacramentū dicit̄ viaticū: quia panis viato-
rum. Tertio apparet in ipſo ſumme dei beniuo
lentia: qui dedit. ¶ Primo ſeipʒ. Non em̄ dedit
celum: nec angelū: nec apoſtolum: nec matrem
propriã: ſed corpus ſuū. ad Timoth. ij. Dedit
ſemetipſum pro nobis ⁊c. ¶ Secundo dedit ſe
in cibum nō in ſocium: nec in ſeruū: ſed in edu-
liū. Auguſtinꝰ. Uox dei de celo: cibus ſum gran
dium: creſce ⁊ manducabis me ⁊c. ¶ Tertio in
perpetuū: non vſq; ad annū: nec decenniū: nec
centenniū: ſed vſq; ad ſeculi finē. Matth. vlt.
Ecce ego vobiſcum ſum oībus diebus vſq; ad
conſumationē ſeculi. ¶ Circa ſecundū ſciendū
ꝙ huius doni precioſitas apparet: ex eo ꝙ ipſa
caro ⁊ ſanguis chriſti nobis donant̄: quo nihil
precioſius eē poteſt: quia caro deifica et verbo
vnita vt dictū eſt. ¶ Circa cuius veritatem du-
bitari conſueuerūt principaliter ſeptem: que et
ſi rationibus ꝓbari nequeãt: quia fides noſtra
que eſt de ſupnaturalibus non ſubeſt argumen
tis ſcientiarum naturaliū: tamē aliquibus na-
turalibus exemplis oīa dubitabilia aliq̄liter
perſuadent̄. ¶ Primo em̄ dubitatur quomodo
panis in carnem ⁊ vinū in ſanguinem tranſmu
tatur. Huius exemplū naturale habemꝰ: ꝙ pa-
nis quē comedimus in verã hominis carnē: ⁊
vinum quod bibimus in verū ſanguinē natura-
liter conuertit̄: poſt certū horarū ſpaciū operã
te natura. Quid ergo mirū ſi qđ natura facit in
teruallo aliquarū horarū deus ſine tēpore ope
ratur. Ipſe em̄ naturã creauit ⁊ eiꝰ curſum ſua
omnipotētia mutare poteſt. ¶ Secūdo quō ac-
cidēs nulli innitat̄. Accidētia em̄ ſine ſubiecto
in eodem exiſtūt quod pre oībus dubitabilius
videtur. Non enim illa rotonditas et albedo et

ſapoꝛ ⁊ alia accidentia ſunt panis: quia panis
ibi non eſt: nec coꝛpis xp̄i: q꞉ vtpoꝛe coꝛpus hu
manũ talia accidẽtia nõ hʒ: nec aeris: q꞉ tali lu-
ce a nullo coꝛpoꝛe coloꝛaꝛ: ꝫ in nullo ſubſiſtunt.
Sʒ in ip̄is naturalibꝰ apparẽt aliq̄ñ accidẽtia:
que nulli ſubſtãtie coꝛpoꝛee innitũtur: ſicut cur
uitas remi in aqua: non eñ talis curuitas eſt ac
cidẽs remi q̄ rectꝰ ẽ: nec aq̄ q̄ ſine remo tale ac-
cidẽs non hʒ: ꝫ in nullo ſubſiſtit. ¶ Tertio quõ
coꝛpus in hoſtia collocaꝛ: videtur eñ mirabile
qualiter xp̄s qui deus eſt ⁊ hõ ꝑfectus ſub mo
dici panis ſpecie cõtinetur. Sed ſi quis aduer
tat qualiter ſola ſubſtãtia trãſmutatur videbit
euidenter ꝙ ſubſtantia que nõ ſuſcipit magis
nec minus: ſub illa modica hoſtia cõtineri põt:
Sicut eñ ibi ſunt accidentia panis ſine ſubie-
cto: ſic ⁊ ibi eſt ſubſtãtia coꝛpis ſine aliquo acci
dente: ⁊ ꝑ ꝯñs nulla eſt ibi dimẽſio q̄titatiua ſi
ne qua ſubſtantia magni coꝛpis ſub q̄titate mi
nimi coꝛpis cõtineri põt. Huiꝰ exẽplũ in natu-
ralibus habemꝰ: ꝙ ad hoc: vt. ſ. viſibile coꝛpꝰ ab
oculo videaꝛ neceſſe eſt: vt dicit Ariſto. ꝙ foꝛ-
ma viſibilis ſit in pupilla: ⁊ ſic colũna ⁊ domus
ab oculo viſa eſt in pupilla nõ q̄titatiue ſed foꝛ
maliter: ⁊ mõtem maximũ in modico ſpeculo vi
demus. ¶ Quarto quõ in pluribꝰ nõ multipli-
catur: vnũ eñ ⁊ idem coꝛpus xp̄i in multis ⁊ in
finitis altaribꝰ ꝑ diuerſas mũdi p̄tes in multis
hoſtijs eodem t̄pe conſiſtit: nec tñ ex hoſtiarum
multitudine coꝛpꝰ vnicũ plurificaꝛ: q̄d etiã in
celo ⁊ in altare: tñ diuerſimode cõtineꝛ. In celo
eñ coꝛpaliter: in hoſtia ſacramẽtaliter. Huius
exẽplũ habemus: ꝙ vnius ⁊ eiuſdẽ hoĩs imago
in diuerſis ⁊ multis exiſtẽs nõ plurificaꝛ. Et in
ſeipſa ſubſiſtit coꝛpaliter in ſpeculis ꝟo foꝛma
liter. ¶ Quinto quõ diuiſus non laceraꝛ. Cum
eñ hoſtia ꝑ partes diuidiꝛ: coꝛpꝰ non frãgitur:
ſed in qualibet q̄tũcũq̃ minima particula inte
graliter contineꝛ. Huiꝰ exẽplũ apparet in ſpe-
culo: in quo cũ vnius hoĩs vna ſola cõſiſtat ima
go: ſi ꝑ partes diuidaꝛ: in qualibet p̄te etiã mo
dica integraliter imago eadem reſultat. ¶ Se
xto quõ ſumptꝰ nõ ꝯſumaꝛ. Nã nõ eſt adeo mo
do in oꝛbe tã maximꝰ qui toties ſumptꝰ amodo
nõ eſſet ꝯſumptꝰ. Huiꝰ exemplũ apparet in cã
dela a qua ſi lumẽ ab infinitis cãdelis recipiaꝛ
appoſitis: lumẽ tñ ip̄m nunq̄ minuiꝛ: ſed ſemp
eodẽ ſplendoꝛe relucet. Triticũ etiã q̄d a mũdi
exoꝛdio ſemp oẽs hoĩes comederũt: nunq̄ ꝯſu
mere potuerũt. ¶ Septimo quõ in diuerſis di-
uerſimode opatur. Nã ſicut ille qui digne ſumit
remediũ ſuſcipit: ſic indigne ſumẽs iudiciũ ſibi
manducat ⁊ bibit. Huiꝰ exẽplũ eſt de vna ⁊ eadẽ
medicina que duobus egris a medico data vni
bene diſpoſito opatur ad ſanitatẽ: alteri male
diſpoſito opatur ad moꝛtẽ: non ex defectu medi
cine: ſed ex mala ſumẽtis diſpoſitione. Sic er-
go de veritate huiꝰ ſacramenti cõſtare põt. Jo-
hãnis. vi. Caro mea vere eſt cibꝰ ⁊ ſanguis meꝰ
vere eſt potus. ¶ Circa tertiũ notandũ ꝙ modi
cõgruitas ſiue oppoꝛtunitas apparet: ex eo ꝙ
iſtud ſacramentũ nõ daꝛ in foꝛma ꝓpꝛia: ſʒ ſub
ſpecie aliena. ſ. panis ⁊ vini. Circa q̄d tria vidẽ
da ſunt. ¶ Pꝛĩo q̄re ſub bina ſpecie daꝛ: vicʒ ca
ro ſub ſpecie panis: ⁊ ſanguis ſub ſpecie vini.
Ad hoc reſpondet thomas in hymno. d. quibus
ſub bina ſpecie carnẽ dedit ⁊ ſanguinem: vt du
plicis ſubſtantie totũ cibaret hoĩem. Hõ eñ ex
aĩa ⁊ coꝛpe ꝯſiſtit: ⁊ ꝑ hoc apparet: ꝙ hoc ſacra-
mentum eſt refectio vtriuſq̃. Nã caro eſt refe-
ctio coꝛpis ⁊ ſanguis aĩe: quia aĩa oĩs carnis
in ſanguine eſt. Leũ. ¶ Scd̃o quare hoc ſacra-
mentum ſub aliena ſpecie occultaꝛ. Hoc aũt fe
cit xp̄s pꝛĩo ad oñdendũ miraculũ: in hoc enim
dei oĩpotentia apparet mirabilis: que in hoc ſa
cramẽto eodẽ tot mirabilia opatur: q̄d nõ eẽt:
ſi in ꝓpꝛia foꝛma tradereꝛ. Secundo ad augen
dum meritũ. Nã dicit grego. fides nõ hʒ meri-
tum: cui humana ratio pꝛebet experimentum.
Maximum eñ meritũ fidei eſt credere: quod
homo non videt: imo quod natura ꝑ omnes ſen
ſus diſſuadet. Tertio ad euitãdum faſtidium.
Non eñ poſſet hõ ſumere carnẽ ⁊ ſanguinẽ xp̄i
in foꝛma ꝓpꝛia: q̄d ⁊ guſtꝰ faſtidiret: ⁊ animus
abhoꝛreret. ¶ Tertio quare ſub foꝛma panis ⁊
vini potius q̄ alioꝝ elemẽtoꝝ tradaꝛ: hoc aũt
fit ꝓpter tria. Pꝛimo ꝓpter magis acceptabilẽ
ſumptionẽ. Sũt eñ comeſtibilia q̄ ab aliquibꝰ
abominanꝛ: vt poꝛri ⁊ cepe: q̄dã que recuſanꝛ
ꝓpter aliquã egritudinẽ: vt piſces ab egrotis:
quedã q̄ nõ reperiunꝛ ꝓpter diuerſitatẽ tẽpoꝝ
vel locoꝝ ſicut pepones q̄ nõ inueniunꝛ hyeme:
⁊ cothurnices citra mare: quedam q̄ carꝰ emũ
tur: vt ꝑdices. Ideo daꝛ hoc ſacr̃m ſub talibus
ſpeciebꝰ: que ita ſunt cõfoꝛmes nature: ſic dele-
ctabiles guſtui: ſic oĩbus locis ⁊ t̄pibus reper-
tibiles: ſic copioſiter abũdantes: vt nullo faſti-
dio: vel egritudine inopia: vel caritudine quis
excuſeꝛ ab huiꝰ ſacr̃i ſumptione. Secũdo pro-
pter myſticã ſignificationẽ: vt ſicut panis ⁊ vi-
nũ ſunt naturalia ⁊ pꝛincipalia coꝛpis alimẽta:
q꞉ panis coꝛ hoĩs cõfirmat: ⁊ vinũ letificat: ſic
ꝑ hoc appareat: ꝙ hoc ſacr̃m eſt aĩe plena refe-
ctio vita ⁊ alimẽtũ. Tertio ꝓpter oſtendendam
vnionẽ. vt ſicut ex multis granis vnus panis cõ
ficiꝛ: ⁊ ex multis racemis vnũ vinũ eliquaꝛ: ſic
oñdaꝛ: ꝙ ꝑ h̄ ſacr̃m vnitati m̄ri fideles q̄ ſunt
mẽbꝛa xp̄o capiti in vno eccleſie coꝛpe vniunꝛ.
Ro. xij. Sicut eñ in vno coꝛpe multa mẽbꝛa ha
bemus. ⁊ infra. ita multi vnũ coꝛpꝰ ſumꝰ in xp̄o.
⁊ hec eſt ratio auguſtini. ¶ Circa. iiij. notandũ
eſt: ꝙ vtilitas huiꝰ ſacr̃i apparet eſſe ſeptuplex.
¶ Pꝛima eſt dñice paſſionis cõmemoꝛatio. i. co
rinth. xi. Quotiẽs mãdu. panẽ hũc ⁊ ca. bi. moꝛ.
dñi an. ¶ Scd̃a eſt xp̄i ⁊ ſumẽtis vnitio. Joh.
vi. Qui mãdu. me. car. ⁊ bi. me. ſan. in me ma. ⁊
ego in eo. Tertia eſt demonis expugnatio. vnde
cantat eccleſia. O ſalutaris hoſtia que celi pan

dis oſtiū: bella premunt hoſtilia: da robur: fer
auxiliū. ¶ Quarta eſt pctōꝝ remiſſio. ¶ Quin
ta eſt oīm ꝟtutū ⁊ gratiarū infuſio: vñ dr̄ eucha-
riſtia: qd̄ eſt bona grā. ab eu qd̄ eſt bonū ⁊ cha
ris grā. De his duabus vtilitatibꝰ dicit ſanctꝰ
thomas: nullū etiā ſacr̄m eſt iſto ſalubriꝰ: quo
purgant̄ pctā: ꝟtutes augent̄: ⁊ mēs oīm ſpūa
liū chariſmatū abūdātia impinguat̄. Sexta eſt
pene purgatorie expiratio: qd̄ gregoriꝰ ꝑ ml'ta
exēpla probat in. iiij. dial'. ⁊ ſatis diffuſe. vnde
dicit thomas. Offert̄ in eccleſia ꝓ viuis ⁊ mor-
tuis: vt oībꝰ ꝓſit: qd̄ eſt ꝓ ſalute oīm inſtitutū.
Septima eſt eterne glorie collocatio. Johā. vi.
Qui mandu. me. car. ⁊ bi. me. ſang. habet vi. ete
rnā. et infra. Qui mādu. hūc pa. viuit ineternū.

¶ De ſancto Eleutherio papa ⁊ mar. Cap. xlvi.

Eleutherius papa ⁊ martyr
natiōe grecus
patre abūdio de oppido nicopoli ſo
therio epō romano i epātu ſucceſſit:
⁊ ſedit annos. xv. menſes. vi. dies. v. Hic acce-
pit epiſtolā a lucio rege britānico vt per eiꝰ mā
datum xp̄ianus efficeretur: cui papa miſit du-
os religioſos viros videlicet faganū ⁊ damia-
num: qui regem predictum ⁊ populū cōuerte-
runt. Hic conſtituit que alias apoſtolo decreta
fuerant: ſcꝫ vt nulla eſca vſualis a xp̄ianis fide
libus repudiaretur: quam deus creauerit: que
tamen rationabilis ⁊ humana eſt. Hic fecit or-
dinationes tres per menſem decēbris: preſby-
teros. xij. diaconos. viij. epōs per diuerſa loca
xv. qui etiam tempore cōmodi impatoris mar-
tyrio coronatus eſt: ⁊ ſepultus cū fratribꝰ ſuis
iuxta corpꝰ beati petri apoſtoli in vaticano. viij.
kalendas iunij: ⁊ ceſſauit epātus dies. vi.

¶ De ſancto Quadrato diſcipulo. Cap. xlvij.

Quadratus apoſto
lorum diſcipulus fuit qui apō
athenas ad predicandū verbū
dei miſſus: poſtq̄ eidē vrbi plu
ribus annis euāgelizauit clarꝰ
doctrina ⁊ vita ſanctorū fine q̄e
uit: ibidemq̄ humatus iacet. viij. kalen. iunij. vt
ait Hieronymus.

¶ De ſctō Auguſtino epō angloꝝ. Cap. xlviij.



Auguſtinus
epiſcopus anglorū a
beato papa gregorio
diuino inſtinctu miſſus eſt ad
angliam ad predicandū anno
xiiij. imperatoris mauricij: vt
dicit ſigibertus ⁊ beda: ⁊ aliq
liter ſupra tactū eſt i legēda
gregorij pape. iiij. idus mar-
tij. Cum quo etiam meltus ⁊
Johannes ⁊ alij plures ſancti monachi miſſi
ſunt. Hi venientes britāniā ad inſulam que di-
citur thanna quā a terra diuidit fluuius trium
ſtadiorum: qui appellatur ſirai: miſerunt inter-
pretes quos de francia acceperant mādato pa-
pe ad eldebertum regem in cantia ciuitate re-
gali: qui audita cauſa aduentus ſanctorum ab
eo benigne ſuſcepti ſunt. Nam ⁊ rex vxorem be
rictem xp̄ianam duxerat: eo pacto vt fieret chri
ſtianus: quod tamē nōdum implere curauerat:
poſtea ꝟo rex deueniens ad inſulā audita predi
catione xp̄i: cōceſſit eis locum in ciuitate dor-
beien. in palatio ſuo: ⁊ prebuit licentiā predicā
di ⁊ cōuertendi oēs qui fidē ſuſcipere vellent.
Ipſe tamen ꝓpter nouitatē fidei noluit tam ci
to conuerti. In ipſa autem ciuitate dorbeia in
uenerunt eccleſiam ſancti martini: que ibidem
fabricata fuerat tempore quo romani angliam
obtinuerunt: in qua eccleſia regina ſepius xp̄m
orabat. In ipſa ergo eccleſia diuina celebrare
⁊ predicare ceperunt multiſq̄ miraculis ꝑpe-
tratis plurimos conuerterunt. ¶ Poſtq̄ annū
ꝟo rex eldebertus cum pluribus alijs regibus
⁊ principibus ſibi ſubiectis fidē xp̄i percepit:
Deinde auguſtinus veniens herclas ab etherio
epō archiepās gentis anglorum ordinatus eſt
mandato Grego. pape. Et ex regis conceſſione
in regia ciuitate conſtruxit eccleſiā ſaluatoris:
quā etiā metropolim totiꝰ inſule cōſtituit: quā
⁊ ſucceſſor eius laurētius epās conſecrauit. Cū
aūt multi fidē percipere recuſarēt: ⁊ rex nemi-
nē cōpellere vellet ordinataq̄ diſputatione in-
ter epōs xp̄ianoꝝ ⁊ pontifices idoloꝝ cōuentū
eſt ꝑ partes: vt eger introduceret̄: ⁊ que pars
ipm ſanare poſſet illius fidē ꝑualeret: ⁊ addu-
cto ceco: cū a gentilibꝰ illuminari nō potuiſſet:
⁊ auguſtinus ei lumē reſtituiſſet: maxima paga
norū pars cōuerſa credidit: ⁊ baptiſmū ſuſce-
pit. Sicq̄ auguſtinꝰ virtutibus clarus ⁊ doctri
na quieuit in pace. Anno dñi. cccccciiij. videlꝫ
vij. kalen. iunij. Sepultus cātie in eccleſia apo
ſtolorū petri ⁊ pauli. Qui etiā ad extrema deue
niens laurentiū comitē ſuū ſibi ſucceſſorē reli-
quit: ne ſtatus nouelle fidei reperiret.

¶ De ſancto Hildeunto epō. Cap. xlix.

Hildeuntus epās mel
deū. ſancto pharoni epō ipſius ci-
uitatis ſucceſſit. Qui puer quin-
quēnis eidem a parentibus tradi
tus ⁊ ab eodem eruditus eſt a pue
ritia diram penitentiam agens. Electus eſt er-
go epiſcopus poſt pharonē ⁊ conſecratus. Cū
autem iuxta eccleſiā ſancte crucis in qua olim
corpus ſancti pharonis ſepultum fuerat eſſet
atrium: in quo ciues loci ſuos mortuos tumula
bant: in eodem atrio ad ꝑces populi epās aliam
eccleſiā conſtrui permiſit: vt ſic in eccleſia iace-
rent corpa defunctorū. Que dū eſſet cōſecrāda
nocte ꝑcedēte funditꝰ diruit. Qd̄ ſctūs vidēs
⁊ de miraculo ſtupēs: ac de culpa penitens ro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mā deuenit: ⁊ a bonifacio papa abſolutionē ob tinuit: ac deinde vt deo ſatiſfaceret hieroſolymā adijt verbū domini predicās circunquaqꝫ. ¶ Anno igiꝰ peregrinationis ſue ſeptimo ad eccleſiam ſuam reuertens in loco qui dicitur larimachus monachum repperit qui ſibi a domino fuiſſe reuelatum aſſeruit. Hildeuntū ad ſe venturum epiſcopam: cui deus dimiſerat omnia peccata ſua. Regreſſus igitur ad ciuitatē ſuam eccleſiam dei genitricis. vij. ab vrbe miliario fundauit ⁊ dedicauit. In cuius dedicatione chirothece ipſius de manibus eius hora conſecrationis extracte tribus horis in ſolis appēſe radio quaſi in partica pependerunt. ¶ Poſt hec ſanctus vir puerum ſine baptiſmo defunctum a mortuis ſuſcitauit: queꝫ nomine patris ſui adelbertuꝫ vocauit ⁊ eundem anno. vij. poſt ſe moriturum predixit: ac iuxta ſe tumulandū mādauit. Que omnia vt predixerat euenerūt. Quieuit autem in pace. vij. kalen. iunij. Iuxta cuius corpus adelbertus anno. vij. defunctus vt iuſſerat tumulatus eſt. Horum duorum ſanctoruꝫ corpora ſanctus maiolus abbas diuina reuelatione admonitus de ſolo leuauit: et honorifice condidit.

¶ De ſctis Priſco ⁊ ſocijs martyribꝰ. Cap. l.

PRiſcus martyr cum ſociorū multitudine apud tornacuꝫ que eſt villa aurelianeñ. dioc. paſſus ē ſub aureliano īperatore. Qui cū ibidem reſideret miſit ſeneſchallum ſuum ad xpianos vbiqꝫ perquirēdos ac puniendos. Ille vero cū loca plurima perluſtraſſet: veniēs tornacū priſcū cū multis xpianis pſallentē inuenit: quē xpm cōfitētē decollauit: ⁊ in puteū corpꝰ ſine capite ꝓiecit. Dūqꝫ ceteri ſimiliter ciderent vnꝰ coꝝ rapto ſcti priſci capite per ſiluā aufugit. Qui tn̄ a militibꝰ inſecutꝰ nō longe ab antiſiodoro captꝰ ⁊ decollatꝰ eſt. Ibiqꝫ vna cū priſci capite a fidelibꝰ ſepultꝰ ceteroꝝ vero martyrū corpora a xpianis furti ſurrepta in crypta tumulata ſunt. Tēpore autē ſcti germani antiſiodoreñ. epi diuina reuelatiōe eidem ſctō locus vbi corpora martyrū per annos cl. latuerēt oſtendiꝰ: cui ⁊ caput ſcti priſci martyris vna cū corpore alterꝰ martyris ſimilr̄ reuelaꝰ. Ipſe vero corpa leuata honore cōdigno cōdidit: ⁊ ibidē mōaſteriū ꝯſtituit. Caput vero ſcti priſci ad locum aliū longe ab vrbe. iiij. miliario detulit: qui locus nūc caſtrū ſancti priſci nūcupaꝰ: horū martyrū paſſio agiꝰ. vij. kalē. iunij.

¶ De ſctō Ioāhne papa primo ⁊ mar. Cap. li.

IOhānes papa ⁊ martyr huius nois primus natione tuſcus ex patre cōſtantino hormiſde pape in epiſcopatu romano ſucceſſit. Seditqꝫ annos. ij. menſes. viij. dies. xix. Quo tēpore in oriētis partibus cū adhuc hereſis arriana vigeret: iuſtinus imꝑator ardore orthodoxe fidei: vt hereticoꝝ nomē extingueret: ſtatuit eccleſias arrianis auferri ⁊ vbiqꝫ catholica religione cōſecrari. Quod cuꝫ in italia rex theodoricus arrianus audiſſet iohannē papaꝫ ſimulqꝫ cū eo theodoꝝ ⁊ agapitū cōſulares viros aliūqꝫ agapitū patriciū cōſtātinopolim ad iuſtinum direxit: mandās ꝑ eos vt niſi ꝗtotius hereticis ſuas eccl'ias redderet ipſe oēs italie catholicas eccleſias deſtrueret: ⁊ vrbes igne ac ferro deuaſtaret. ¶ Cū ergo ſctūs epus corinthū deueniſſet: vt ait Greg. iij. dial'. ca. ij. ⁊ eidē quidā nobilis eq̄tare volēti equū cōmodaſſet: quē ꝓ nimia māſuetudine vxor illius equitare cōſueuerat. Sūmus pōtifex ad certum locum equo ſubuehēte ꝑductus eſt. Qui mox vt aliuꝫ repperit: illū que mutuo acceꝑat remiſit: veruꝫ vxor illiꝰ nobilis vlterius equo illi ſedere non valuit: q2 equus fremēs ⁊ ſaliens: ac nimiū furens ex geſtibus ꝓdidit ꝙ poſt ſeſſionem tanti pōtificis mulierē ferre decetero recuſauit. Quod vir eius aduertēs ⁊ miraculū ſtupēs equū pro munere ſancto pontifici perpetuo poſſidendū direxit. ¶ Cum aūt cōſtātinopolim veniſſet ad portā que vocaꝰ aurea populoꝝ turbis ei occurrentibus vna cū imꝑatore in conſpectu omniuꝫ roganti ceco lumē reddidit: quē imperator cuꝫ ſuis ſumma reuerētia ſuſcipit. Igiꝰ legatiōis cauſa cū lachrymis expoſita de italie ſalute ſoliciti iuſtino ꝑncipi ſupplicarūt: vt eoꝝ preces ꝗuis eſſent iniuſte libēter exciperet: italieqꝫ piture ſubueniret. Quoꝝ fletibus iuſtinus ꝑmotus eis petita cōceſſit: arrianoſqꝫ ſuo iuri reſtituit. Sicqꝫ liberata eſt italia a furore theodorici. Sed poſtqꝫ iohānes papa cū ſocijs rauennā ad theodoricū veniſſet: theodoricus inuidia ductus: eo ꝙ imꝑator illos honorifice ſuſcepiſſet eū in carcere cū ſocijs afflictos dura cuſtodia peremit: qui ſctūs martyr ad xpm migrauit. vi. kalen. iunij. cuiꝰ corpus de rauēna tranſlatum: ſepultū eſt ī baſilica beati petri apl'i. Sed hāc īmaniſſimā crudelitatē aīaduerſio diuina ſecuta eſt. nā die. xcviij. poſt hoc factū theodoricus ſubita morte interijt. ¶ Refert Greg. iiij. dial'. c. xxxi. ꝙ dū quidā romani nauigātes ad īſulā liparē deueniſſent: quedā ſolitariū ibidem deo ſuiētē viſitare curarūt: q̄ eis inter cetera nunciauit theodorici: cū regē ſubito defunctū eſſe: cuius animā inter iohannē papā ⁊ ſymmachuꝫ patriciū ipſe vir dei cōſpexerat alligatam ⁊ ab eiſdē ſanctis quos ambos martyres fecerat in ollam vulcani demergi. Qui diem notantes ad italiā redierūt: ⁊ eodē die quo hec ſolitariꝰ viderat: regē repētina extinctū nece inuenerūt. ¶ Hic ſctiſſimꝰ papa ꝑfecit cimiteriū ſanctorū martyꝝ nerei ⁊ archilei via ardeatina. Itē renouauit cimiteriū priſcille. Fecit ⁊ ornamentū de gemmis praſinis ⁊ hiacynthinis ſuper cor-

feſſionē beati pauli apoſtoli. Multaqꝫ vaſa ſa-
cra in auro ⁊ argento obtulit baſilicis apoſtolo
rum. Hic etiam ordinauit epiſcopos .xv.

¶De ſancto Johanne papa ſecūdo
et confeſſore. Cap. liij.

Johannes papa hu-
ius nominis ſecundus natione ro
manus ex patre proiecto de regio
ne celio monte bonifacio ſecundo
romano pōtifici in epiſcopatu ſuc
ceſſit: ſeditqꝫ annos .ij. menſes .iiij. dies .vi. hic
alio nomine mercurius vocabatur. Hic inter ce
tera memoranda artemium patriarcham con-
ſtantinopolitanum arrianum damnauit.

¶De ſctō Johāne papa .iij. ⁊ cōfeſ. Cap. liij.

Johānes papa tertiꝰ
natione romanus ex patre anaſtaſio
pelagio primo pape in epiſcopatu ro
mano ſucceſſit: ⁊ ſedit ānos .xij. mē-
ſes .ij. dies .xxvij. hic in vrbe roma reparauit et
reſtaurauit cimiteria ſanctorū martyrum: mul-
taſqꝫ ſanctorum per diuerſa loca eccleſias reno
uauit: ⁊ de nouo perfecit ac conſecrauit. Ama-
tor religioſoꝝ ⁊ bonorū virorū fuit: pauperibꝰ
munificus extitit: poſtqꝫ autē eccleſiam apoſto
lorum philippi ⁊ iacobi in vrbe perfecit ⁊ dedi
cauit: vbi ⁊ eorū corpora collocauit: ad dñm per
rexit: ⁊ ſepultus eſt ad ſanctum petrum.

¶De ſancto Symmacho patricio
et martyre. Cap. liiij.

Symmachꝰ martyr
patricius fuit: qui tempore ana-
ſtaſij primi īperatoris rome cla-
ruit: ⁊ tēpore iuſtini primi mar-
tyriū paſſus fuit. Hic ſocer fuit
boetij ſiue ſeuerini martyris: de quo dicetur .x.
kalē. nouēbris. Filiā enī eiꝰ elphē ei in cōiugē
tradidit que hymnos apoſtoloꝝ Felix ꝑ oēs ⁊
Aurea luce compoſuit: hic ſctūs vir cū boetio
genero ſuo rēpublicā in vrbe ſtrenue miniſtra-
uit. Sed dū theodoricꝰ lōgobardoꝝ rex arria-
nus iohāne papā .i. cōſtantinopolim ad iuſtinū
imperatorē delegaſſet: vt ſuperiꝰ dictū eſt: ra-
bie ſue iniquitatis ſtimulatꝰ ſymmachū cōſulē
ac patriciū ⁊ generū eius boetiū ſeuerinū cōſu
lem ac ſenatorē catholicos viros primo quidē
carceri mancipauit: deinde in ipo carcere gla-
dio necari fecit apud vrbem rauennā. Corpus
aūt ſymmachi noīe martyris rauenne colit tu-
mulatū .vi. kal. iunij. Hic romani eloquij erudi
tiōe mirabilis maximi tyrāni: q̄ ſub theodoſio
primo ſurrexerat: ſcripſit laudes: eaſqꝫ publice
recitauit: ob qđ maieſtatis eiꝰ cēſebat. Sed cū
a pio pn̄cipe iuſtino abſolui meruiſſet apologe
ticū librū .i. ſatiſfactionalē eidē ſcripſit: et aliū
epiſtolarū. hec in hyſtoria tripartita libro .ix.

¶De ſancto Beda venerabile
preſbytero. Cap. lv.

Beda preſbyter xp̄i
famulus natione anglicꝰ apud
eccleſiā ſiue monaſteriū apoſto
lorum petri ⁊ pauli que in ciui-
tate cantie in anglia conſtructa
eſt claruit tēpore iuſtiniani ſe-
cūdi. hic a ſeptēnio ſub abbate benedicto ipſiꝰ
monaſterij: ⁊ poſt ſub ceolfrido in diuinis elo-
quijs apprime eruditus diuino ſtudio operam
prebens ſacris lr̄is plenius imbutus ſapientia
⁊ vite ſctitate admirāda ꝑfecit. Anno aūt etatꝭ
ſue .xxiiij. diaconatū: ⁊ .xxx. p̄ſbyteratū a iohā-
ne epō ſuſcepit: inde vſqꝫ ad ānos .lix. vite ſue
ſcripturis ⁊ diuine ſapiētie opuſculis intēdēs
multa pectoris ſui viris ſcholaſticis ꝯtulit mo
numēta. Nā .xxxvi. volumia edidit: q̄ in .lxxviij.
libros diuiſit. Diē aūt obitus ſui ꝑ ſeptē prece-
dētes hebdomadas diuina reuelatiōe p̄ſciuit.
Die aūt aſcēſionis dn̄i q̄ tūc illo āno .vi. kal. iu-
nij euēit: dū veſpas cū ceterꝭ clericꝭ ī eccl'ia ce-
lebraret: nulla alia īfirmitate detētꝰ: ſꝫ corꝑis
cōpos ac mētis. cū aūt illā O rex glīe decātaret: ipſa finita in ſuo appodiatꝰ ſtallo ſpm̄ emi-
ſit: ſtatimqꝫ mirus odor de eiꝰ corꝑe fragrare ce
pit: ſepultꝰ in monaſterio ſuo. Hic cū ſanctiſſi-
mus ab eccl'ia reputet: ⁊ in confeſſoꝝ catalogo
numeret: ſolus inter ſctōs nō ſctūs: ſed venera
bilis appellat: ⁊ h̄ ꝓpter duas rōnes ſiue mira
cula q̄ de ipſo cōtigerūt. Primo qꝛ ex nimia ſe-
nectute ocl'is caligaſſet ⁊ diſcipulo duce ad la
pidū cōgeriē ꝑueniſſet diſcipulꝰ ei ſuadere ce-
pit: ꝙ magnꝰ eſſet: ibi ppl's cōgregatꝰ: q̄ ſūma
affectione ⁊ ſilētio ipſius p̄dicationē expecta-
bant. Cūqꝫ ſanctꝰ feruēti ſpū elegantiſſimū ſer
monē feciſſet: ⁊ concluſiſſet ꝑ oīa. ſ. lapides re-
ſpōderūt amē venerabilis pbr. Scđo quia dū
alius diſcipulꝰ eius ipo defuncto titulū ſepul-
chro facere diſpoſuiſſet vnico carmine leonino
ſic incipiēs: hac ſunt in foſſa: ⁊ vellet finire be-
de ſcti vel p̄ſbyteri oſſa: nec metrū ſtare poſſet
⁊ nullū aliud vocabulū eidē occurreret: attedia
tus tandē iuit dormitū. Et ecce mane in tumu-
lo manibꝰ angelicis repperit ſculptū. Hac ſunt
in foſſa bede venerabilis oſſa. Quieuit autē in
xp̄o .vi. kal. iunij circa annos dn̄i .cccccc. Cor-
pus aūt eius ianuā trāſlatū digna veneratione
colit. ¶Scripſit vir dn̄i īter alia ſuꝑ geñ. librū
vnū. De tabernaculo moyſi lib. iij. Suꝑ ſamue
lē li. iiij. De tēplo ſalomonis li. i. Suꝑ eſdrā ⁊
neemiā lib. iij. Suꝑ tobiā li. i. Suꝑ parabolas
ſalomonis li. ij. Suꝑ cāticis cāticoꝝ li. v. Suꝑ
epl'is canonicis. li. vij. Suꝑ marcū li. iiij. Suꝑ
lucā li. iiij. Suꝑ actꝰ apl'oꝝ li. i. Suꝑ apoc. li. i.
De q̄ſtionibꝰ lib. regū ad notiliū. li. i. De ſche-
matibꝰ li. i. De geſtis angloꝝ inſigne ⁊ egregiū
volumē; in quo ⁊ chronica de tꝑibus continet.

De ſancto Iulio martyre. Cap.lvi.

IUlius martyr apͦd meſiã ciuitate doroſtoreñ. paſſus eſt. Qui tp̄e ꝑſecutionis cũ eſſet veteranus ⁊ emerite militie ab officialibus tentus ⁊ maximo preſidi oblatꝰ eſt. Qui dũ idola execraretur: ⁊ nomẽ xp̄i cõſtantiſſime cõfiteretur capitali ſentẽtia punitus eſt. vi. kal. iunij. Cum aũt ad paſſionẽ duceretur. Heſychius quidã miles xp̄ianus ſibi amiciſſimus dum ſe ſuis orationibus cõmendaſſet: eumq́ȝ oſculatus fuiſſet a militibus tentus ⁊ ipſe poſt dies xx. paſſus eſt: vt infra dicet. xvij. kalen. iunij.

De ſancto Eutropio ep̄o. Cap.lvij.

EUtropius epiſcopus apͦd gallias in ciuitate auraſica claruit tp̄e valentiani ſecundi imperatoris. Cuius vitam illuſtrẽ virtutibꝰ ac miraculis verus ep̄s auraſiceñ. luculento ſermone deſcripſit: vt dicit ado. Hic ob fidei deuotionẽ ad duas ſorores xp̄i ancillas a parentibus exheredatas: eo ꝙ votum virginitatis emiſiſſent: epiſtolas conſolatorias elegãti ⁊ aperto ſcripſit eloquio: non ſolum ratione: ſed ſcripturarũ ſanctarũ teſtimonio cõitas. Et hic migrauit ad xp̄m. vi. kalen. iunij.

De ſctis ſymmetrio ⁊ ſocijs mar. Cap.clviij.

SYmmetriꝰ preſbyter ⁊ martyr cũ alijs. xxij. rome ſub ãtonino imperatore paſſus eſt. Cũ eñ p̄fatꝰ ſctũs p̄ſbyter cũ alijs xp̄ianis apud praxedeȝ virginẽ latitaret: ⁊ in titulo ſancti paſtoris qͦ ſctũs papa pius in domo eius cõſtruxerat diuina myſteria celebraret: miſit antoninꝰ ⁊ tenuit ſymmetriũ cũ alijs. xxij. xp̄ianis. Quos ſine vlla auditione gladio puniri mãdauit in eodẽ titulo. Quorũ corpora praxedis virgo in cimiterio priſille ſepeliuit. vi. kalen. iunij.

De ſctõ Germano pariſieñ. ep̄o. Cap.lix.

GErmanus ep̄s pariſieñ. territorij augudustuneñ. indigena patre eleutherio matre euſebia natꝰ ẽ. Qui a iuuẽtute deo ſeruiẽs a ſctõ nectario ep̄o abbas ſancti ſymphoriani cõſtitutꝰ in ſctitate maxima ⁊ opibus virtutũ pollebat ⁊ ſignorũ miraculis refulgebat. Cum eñ incẽdiũ in monaſterio accidiſſet: ⁊ iam officinas flãme circũquaq́ȝ valleret germanꝰ aſcẽſo tecto ſummaq́ȝ cacumina plena aq̃ alleluia cõcinens ⁊ paululũ aq̃ ſup̱ ignẽ effudẽs flãmas extinxit. Cũ quidã radulphus quaſdã cenobij rex inuaſiſſet viſus adueniẽs ꝑ tres dies cõtinuos equos ipſius deuorãs damnũ ablatorꝫ triplicauit: nec deſtitit donec ille reſipuit ⁊ res ablatas reſtituit. Anne vxori hebronij regis miſſam clebrãs facie fulgidus admodũ apparuit. Per annos. iiij. anteq̃ ep̄s fieret cũ ꝑ viſum claues porte pariſieñ. a ſene ſibi fuiſſent tradite conſeruãde: p̄dixit ſe ipſius futurũ põtificẽ ciuitatis. Qͦ ⁊ poſt quadriẽniũ factũ eſt. Qui in ep̄atu doctrina clarus miraculis effulſit. Iuuenẽ eñ a iudeis in carcere tẽtũ ⁊ cõpeditũ ſe inuocantẽ ruptis vinculis ꝑ noctẽ abſoluit. Ianuã eccleſie ſanctorũ geruaſij ⁊ ꝓthaſij ſibi clauibus obſeratã baſilicã intrare cupiens crucis ſolo ſignaculo reſerauit: multos a demonijs obſeſſos liberauit: ⁊ egros plurimos a varijs languoribꝰ ſanos effecit. Inuictu ſuo ꝑciſſimus: neceſſitati pauperũ liberaliſſimꝰ fuit. Obitũ ſuũ p̄ſciẽs ad caput lectuli notariũ ſuũ ſcribere fecit. v. kalen. iunij. Et nihil vltra. Qͦ dum nemo qͦ ſibi hoc vellet intelligere poſſet. dum. v. kalen. iunij. a corpore migrauit: ꝙ ꝓpter hoc talem ſcripturã ſanctꝰ feciſſet vnuſquiſq́ȝ cognouit. Sic ergo die quo ſctũs annorꝫ fere. lxxx. obdormiuit: in dn̄o ſepultus in eccleſia pariſieñ.

De ſancto Carauno martyre. Cap.lx.

CAraunꝰ martyr apͦd carnotũ ciuitateȝ paſſus eſt. Hic natiõe romanꝰ a ſctõ dionyſio ep̄o eruditꝰ eiuſq́ȝ diſcipulꝰ fuit poſt cuiꝰ martyriũ ip̄e a ſctõ clemente papa p̄ſbyter factꝰ ꝑiſius ad p̄dicãdũ directus eſt. Et dũ ꝑ mare nauigaret: orta tẽpeſtate orõne ad deũ ꝓfuſa ꝓcellã ſedauit: nautaſq́ȝ gentiles ad xp̄m cõuertit. Cũ aũt in q̇dã tẽplo veneris puellã demoniacã liberaſſet: viſo miraculo plurimi paganorũ ad fidẽ xp̄ianorꝫ acceſſerũt. Inde ꝑ mltas galliarũ ⁊ hyſpaniarꝫ inſulas deãbulauit: clamãtibꝰ demonijs ꝑ obſeſſorꝫ ora ſuo dei eſſe credẽdũ. Qui a cũctis vexatis imũdos eijciẽs ſp̄us ĩfinitũ pp̄lꝫ cõuertit ad dn̄m. Ac demũ in carnoto ciuitate verbũ dei p̄dicãs plurimos baptizauit. egreſſuſq́ȝ idẽ cũ pluribꝰ ſocijs a latronibus q̇ eos pecunioſos putabãt inſecuti ſunt. Et dũ latrones ſocios carauni fugiẽtes ꝑſeq̃rent: reuocãs illos ſuaſit vt ab inſecutione illorꝫ deſiſterẽt eo ꝙ ip̄e ſolus pecuniã quã q̃rebãt haberet. Quibꝰ regreſſis cũ vnicũ ſolidũ ſibi ꝓ viatico retẽtũ obtuliſſet: illi ſe deluſos exiſtimãtes ip̄m decollauerũt. v. kal. iunij. Cuiꝰ corpꝰ in carnoteñ. ciuitate ſepultũ ẽ.

De ſancto Guilelmo confeſſore. Cap.lxi.

GUilelmus confeſſor dux aq̇tanie ⁊ prouincie patre theodorico ꝯſule matre aldana inclytã ꝓſapiã ducẽs ſub rege karolo magno ſtrenue militauit: eiuſq́ȝ regni principatũ tenuit ſctitate p̄clarus. Cũ aũt ſaraceni ꝑ

tes aquitanie inuaſiſſent: a karolo cū exercitu
miſſus eos viriliter debellauit: magnaq̄ illis i
flicta ſtrage eoſdē a ſeptimanie inuaſione potē
tes deiecit. Reuerſus autē ꝓ victorie gratiarū
actione deo agenda in territorio lugdun̄. nouū
monaſteriū cōſtruxit in vale: videlʒ gelonis: qđ
⁊ vberiꝰ dotauit: ⁊ in noīe ſaluatoris intitulauit
ac ibidē monachos ⁊ virgines ancillas xp̄i re-
cluſit: vbi ⁊ duas ſorores ſuas virginitatē pro-
feſſas collocauit. Deinde obtenta a karoli licē-
tia xp̄o decetero militandi in eodē monaſterio
ſe incluſit anno dn̄i. dcccccccvi. in feſto apl'orū.
Cui ſanctꝰ rex lignū dn̄ice crucis: qđ de hieru-
ſalē attulerat liberaliter ꝓ munere ꝯceſſit. Gui
lelmus ergo monachus factꝰ ꝓfunde humilita
tis ⁊ patiētie filiꝰ ad modū effectus eſt: oēmq̄
obediendiētiā in cunctis minimis ⁊ vilibꝰ offi
ciīs adimplere curabat: orationibꝰ ⁊ ieiuniīs in
ſiſtebat: ⁊ miraculis clarebat. ¶ Cū die quadā
panes coquere deberet: ⁊ hora tardior eſſet: ti-
men ꝫ ne fratres ſcādalizarent ex mora: furnū
purgare cupiēs: ⁊ ſcopā ad purgandū paratā
nō habēs: repēte incēſum clibanū intrauit: quē
ſuo ſcapulari purgauit: cineresq̄ manibꝰ expu-
lit: ⁊ tā corpe q̄ veſtibꝰ oīno inuſtus exiens: co
ctos panes ſine mora fratribꝰ apportauit. Aq̄
frigida ⁊ ſolo pane etiā in hyeme multo tēpore
vſus fuit. Obitꝰ ſui pſciꝰ diē dormitiōis eius
abbati ⁊ fribus pdixit: ⁊ regi karolo p litteras
ſcripſit. Sicq̄ diuinis ſacramētis monitꝰ. v. ka
len. iunij in pace q̄euit: ſepultꝰ in eodē cenobio:
quod eius noīe dr̄ monaſteriū guilelmenſe inſi-
gnibus miraculis clarus.

¶ De ſanctis conone ⁊ filio eiꝰ mar. Cap. lxij.

Conon martyr cū
filio ſuo ānor. xij. paſſus eſt in
nicomedia hiſaurie ciuitate tē-
pore aureliani imperatoris ſub
comite domitiano. Hic ſctūs de
vxore filiū cuius nomē nō exprimit ꝓcreauit:
qua defuncta in caſtitate pmāſit: ⁊ cū filio ſuo
religioſam vitā duxit: necnō miraculor gl'ia cla
ruit. Nā fluuiū iuxta locellū ſuū currētē qui ꝓ-
pter ipetū nimiū tranſiri nō poterat: aquis fe
cit immobilē: ⁊ orōne ſua vſq̄ ad certū tp̄s viā
multis trāſuadātibꝰ pbuit. Alias etiā cū idem
fluuiꝰ alueū ſuū egreſſus aquis inūdātibꝰ exci
cato naturali alueo ſe extēderet: ⁊ agros pluri-
mos inūdaret: orās ad alueū ⁊ curſum priſtinū
in xp̄i noīe redire fecit. Ingreſſus ḡ domitianꝰ
comes nicomediā ſctm̄ cononē tāq̄ xp̄ianū te-
neri iuſſit. Et cū ſacrificare nollet: eidēq̄ acer-
rima ſupplicia minaret: ille nolēs ſine filio gl'ia
ri vnicū natū duodenē vt xp̄ianū comiti exhibu
it: poſtulās eū ad cruciatꝰ ſecū admitti. Quos
iudex in craticula iuſſit extendi ⁊ prunis ſuppo
ſitis oleū deſup infundi. Et cū diu dū volutati in
columes pmāſiſſent fecit eos in ſartaginē ſuc-
cēſam mitti. Et dū neq̄ ſic vinci potuiſſent: mā
dauit illos appēſos flāmis ſubter miſſis exuri:
manuſq̄ illor malleis cōtūdi. Qui dū orantes
pſallerēt celeſti eos voce vocāte ſpm̄ emiſerūt:
ſepl'ti a fribꝰ i nicomedia ciuitate. iij. kal'. iunij.

¶ De ſanctis ſiſinnio martyrio ⁊ ale
xandro martyribus. Cap. lxiij.

Siſinnius martyrius
⁊ alexāder martyres apud vallē an-
noniā paſſi ſunt. Hi genere ſuo gre-
ci: ciues cappadoces mediolanū ve-
niētes a ſctō ambroſio ep̄o honorifice ſuſcepti:
⁊ cū eodē aliqn̄ tp̄e demorati: inde tridentū de
uenerūt: vbi a ſctō vigilio ep̄o ſiſinniꝰ archidia
conus: martyriꝰ lector: ⁊ alexander oſtiariꝰ or-
dinati: atq̄ ab eodē ad predicādū gentibꝰ dire-
cti ſunt. Qui vallē annoniā ingreſſi xp̄m euan-
gelizabāt. Cūq̄ in vico medo eccl'iam cōſtru-
xiſſent: ⁊ multos cōuertiſſent: a ruſticanis ſa-
turno ſacrificātibꝰ ꝓ terre frugibꝰ impetrādis
tenti ſunt: vt ⁊ ipſi immolarēt. Qđ dū facere re
cuſarēt: primo duriꝰ ceſi ſunt: deinde ſiſinniꝰ tu
ba erea capite illiſus ⁊ ſecuri cōfoſſus expira-
uit. Martyriꝰ xͦo capite ſecuribꝰ vulneratꝰ: et
ſudibus trāſforatꝰ cū duceret ad idolū occubu
it. Quor duor corpa cū alexāder ſibi collo ipo
ſita deferret tumulanda a paganis ſurrepta an̄
ſimulachrū in ignē ꝓiecta ſunt. Ipſe xͦo alexan
der vſq̄ ad mortē flagellatꝰ martyriū ꝯſumauit.
Mox aūt vmbra nigerrima totā regionē obte-
xit: ⁊ fulmina crebra terrā pcuſſerūt: ita vt mul
ti gentiliū territi cōuerterent. Sctōr xͦo corpa
a ſancto epiſcopo vigilio tridenti ſepulta ſunt:
qui paſſi ſunt. iiij. kalen. iunij. hec ado.

¶ De ſancto maximino ep̄o. Cap. lxiiij.

Maximinꝰ ep̄s treuerē-
ſis tp̄e cōſtantij auguſti claruit. Hic
nobilis pictauiorū ciuis extitit: cuiꝰ
vrbis frater huiꝰ maxētiꝰ pōtifex fu
it. Ipſe aūt maximinꝰ relicta domo prīa treue
riʒ deuēit: vbi clericꝰ factꝰ deo famulari cepit:
inde ad ep̄atū ipiꝰ ciuitatꝫ diuina reuelatiōe ꝓ
motꝰ. Cū eni q̄dā q̄riacꝰ vir ſctiſſimus in eccl'ia
ſcti eucharij nocte oraret: ipſe ſctūs euchariꝰ
ſibi appuit: eiq̄ mādauit: vt maximino nūciaret
ipm̄ in ep̄atu agritio treuerēn̄. tūc antiſtiti ſuc-
ceſſurū. Angelus dn̄i etiā eidē agritio in extre
mis poſito pviſuʒ iuſſit: vt maximinū poſt ſe eli
gendū pplo pte dei mandaret: qđ ille pfecit eo
q̄ migrāte ppl's monita diuina adīplere cura-
uit. Sicq̄ maximinꝰ ep̄s electꝰ eſt. Ad hūc virū
dn̄i athanaſiꝰ alexādrinꝰ ep̄s pſecutionē ꝯſtan
tij fugiēs adijt: ⁊ ab eo honorifice ſuſceptꝰ be-
nignaq̄ humanitate ptractatꝰ eſt. Hic etiā dū
iret romā cū btō martino nōdū ep̄o: vrſus aſi-
num cor ſarcinas deferētē inuaſit ⁊ deuorauit.
Cui ſctūs Maximinus in xp̄i noīe iuſſit. vt vi-

ces aſini ſarcinas vſqꝫ romā baiulando ſupple-
ret. Qḋ ferox aial cū oī mãſuetudine perfecit.
Rediēs quoqꝫ ad eccleſiā ſuā ad pictanienſem
vrbē vt ſuos reuiſeret diuertit. Ibiqꝫ languore
preſſus feliciter in dn̄o quieuit. iiij. kalē. iunij.
Cuius corpus exinde treuerim tranſlatum eſt.

¶ De trāſlatione corpis ſcti Nicolai. Cap. lxv.



TRanſlatio corpis ſancti Nico
lai de myrea ad ci-
uitatē venetiaꝝ fa-
cta eſt anno dn̄i. M. lxxxvi. tē
pore vrbani pape ſecundi ſub
petro patriarcha gradeñ. ⁊ vi
tale michaele duce venetiarū
atqꝫ henrico contareno eiuſdē
ciuitatis ep̄o. Cuꝫ em̄ vrbanꝰ
papa generale paſſagiū in recuperationē terre
ſancte: cunctis fidelibus indidiſſet: multi vene
toꝝ cum nauiū copioſa multitudine ad dictuꝫ
paſſagiū nauigarūt. Quorū exercitus dux exti
tit iohannes prefati ducis venetoꝝ filius cum
quo perrexit etiā dictus caſtellanus ep̄s. Qui
poſtꝙ cum eorū nauigio apud rhodum inſulā
hyemaſſent. inde diſcedentes: vt hieroſolymā
peterent vento eis aduerſo inſurgente inuiti
appulſi ſunt ad myreoꝝ patriam iam quaſi to-
taliter a turcis depopulatā. ¶ Tunc ep̄s ⁊ dux
cū ſuis armatis ad ciuitatē accedunt: ⁊ qꝛ iam
quid facturi erant inter ſe tractauerant quat-
tuor tantū cuſtodes eccleſie ſancti nicolai repe
riunt: quos tantos adulationibus et promiſſis
ac cōminationibꝰ exhortanť: vt vbi corpus ſan
cti nicolai quieſcit reuelare ꝓcurēt. Illi vero diſ
ſimulantes vel antiquitate forſan ignorātes ar
cam in capite fractā muro adherentē oſtendūt
ipſam eſſe ſancti nicolai confingūt: de qua barē
ſes partē reliquiarū eius abſtulerāt partem di
miſſaꝫ offerebāt. Ad quā illi ꝯcurrētes nihil in
ea preter aquā ⁊ oleū īuenerūt. Cūqꝫ muros ec
cleſie in locis pluribꝰ dirupiſſent: ⁊ pauimentū
effodiſſent: atqꝫ altaria diruiſſent: et nihil de
optato penitꝰ repiſſent: cuſtodes illos tormē-
tis afficiūt: vt veritatē edicāt. Qui poſt multa
verbera ⁊ ſibi illata flagella: vix tandē ab eis qḋ
nouerāt extorſerunt. Nam arcaꝫ oſtenderūt in
qua duo ſancti preſules magni nicolai prede-
ceſſores quieſcebant: in altari videlicet princi-
pali ſancti iohānis baptiſte. ſ. theodorus ⁊ ni-
colai magni nicolai patruus. De corpe aūt ſcti
nicolai magni nihil penitꝰ ſe ſcire dixerūt: cuiꝰ
rationē veriſimilē aſſignarūt. Cum em̄ vt in ge
ſtis grecorū cōtineri dicebāt vaſillis cōſtātino
politanus impator ad imperialē vrbē ſancti ni
colai corpꝰ deferre voluiſſet: et vſqꝫ ad ianuas
eccľie oſſa delata nullo ingenio illa inde educe
re potuiſſet: iratꝰ iuraſſe dicebať: poſtꝙ corpꝰ
illud habere nō poterat tali loco ipm̄ ſe locatu
rum ꝙ nullus vnꝙ ipm̄ inuenire poterit nec ha
bere. Hanc ergo cuſtodū cōfeſſionē epiſcopus
⁊ veneti veram eſſe preſumētes arcam oſtēſam
rumpentes duorum predictoꝝ ſanctorū epiſco
porum corpora in arcellis ſingulis cupreſſinis
inueniūt: ⁊ eorum epitaphia vt cuſtodes dixe-
rant legunt: eaqꝫ inde leuata ad nauem dedu-
cunt deſperantes amodo de ſancti nicolai ma-
gni corpore inueniēdo. ¶ Uerum quidē illoꝝ
diuinitus inſpirati: in eccleſia retardātes: ⁊ lo-
cum vbi altare ſancti nicolai primo deſtruxerāt
perſcrutantes inopinatāqꝫ fragrantiā odorãn
tes: ſuſpicati ſunt aliquid ibi precioſuꝫ latere.
Preterea quidā ex eis qui alˀs ad ipſam vrbem
deuenerāt recordati ſunt: ꝙ in precipuis ſolen
nitatibus archiepiſcopus myreoꝝ non in alta-
re: ſed in loco quodā plano ſup tripodem cele-
brabat. Supra quē locum imago ſancti nicolai
recta linea depicta erat. Et quibus oībus con-
iecturis motus epiſcopus caſtellanus locū ipꝫ
effodi mādauit. Subleuatiſqꝫ magne molis la
pidibus vitreā maſſam ad frangendū grauē et
penetrandū difficileꝫ inuenerūt. Qua tandem
cōfracta: ſecundā de bithumine non minus la-
borioſam exhauſerūt. Tertiam deniqꝫ maſſam
duabus fortiorem que de cupro muſeleo cū bi-
tumine glomerata fuerat: magnis viribus irru
perunt: vbi theſaurus multiplici labore reſera
tus apparuit: odorqꝫ inde mire ſuauitatis exi-
uit. Cuꝫ quo ⁊ palma quā beatus nicolaus de
hieroſolymis apportauerat ſepulta fuerat: que
circa ſanctum corpus virides ramos ⁊ frondes
pullulauerat: vnde multi collegerunt: ⁊ in teſti-
moniū ad propria detulerūt. In ſepulchro aūt
illo grecis litteris ſcriptū erat: hic requieſcit ma
gnus ep̄s myreoꝝ nicolaꝰ terra mariqꝫ glorio-
ſus. ¶ Corpus igitur inde leuātes flentibꝰ ca-
nonicis ⁊ gaudētibus venetis ad naues depor
tant: ⁊ inter alia duo collocant: eademqꝫ lampa
dibus ⁊ luminaribus atqꝫ precioſis pallijs reue
renter honorant. Inde igitur diſcedentes iter
ceptum verſus terrā ſanctam perſequūtur. Et
cū plures de oſſibus vel puluere ſacri corporis
ex deuotione ſubtraxiſſent oēs illi vel infirmi-
tate varia vexati vel duris verberibꝰ ceſi vel no
ctu terroribus agitati que paſſi fuerāt indicā-
tes ſuaqꝫ peccata epiſcopo confitētes quicqḋ
abſtulerēt reſtituere cōpellebanť. Poſt hec na-
ues venetorum ad ioppe portum deuenerūt: et
dimiſſis qui corpora cuſtodirēt: exercitus hie-
roſolymam adierunt: ⁊ a gothifredo rege chri-
ſtianoꝝ ⁊ patriarcha hieroſolymitano honori-
fice ſuſcepti ſunt: gētibus quoqꝫ francoꝝ vniti
vrbem ſaracenorū caipham inexpugnabilē du-
dum obſeſſam obtinuerūt: aliaqꝫ plurima loca
⁊ caſtra debellādo ceperūt: ⁊ deinde loca ſacra
circunquaqꝫ luſtrātes poſt plures mēſes aſcē-
ſis nauibus repatriare curarūt. Sicqꝫ geminā
palmā ſanctorum: videlicet corporū ⁊ victorie

reportātes in feſto beati nicolai videlicet.viĳ. idus decēbꝛis ad portū ciuitatis venetiarū applicuerūt occurrētibus quocꝫ clericoꝛū ⁊ populorum turbis in littoꝛe ſancti nicolai deſcenderūt: ⁊ de cōſenſu ducis ac populi ſanctoꝛū triū coꝛpa in monaſterio ſcti nicolai in eodē littoꝛe maris ſito depoſuerūt: eadēqꝫ vitali eiuſdē tūc loci abbati deuoti⁹ obtulerūt. Sed anteq̄ beata coꝛpa in ſuo loco depoſita forēt ꝑ triduū oībus in altari patuerūt: ⁊ deinde vſqꝫ ad reſurrectionē dñi ſubſequēte in medio eccľie choꝛo dimiſſa ſunt ad deuotionē fideliuꝫ adimplendā: vbi multa miracula in egroꝝ coꝛpoꝛib⁹ oſtenſa ſunt: nam plures ceci illuminati: claudi erecti: cōtractati ⁊ aliĳs diuerſis pꝛepediti languoꝛib⁹ ad ſanitatē reducti ſunt: demones quocꝫ de obſeſſoꝛū artubus effugati. Poſt que ſanctoꝝ epiſcopoꝛū reliquie digna fuerunt veneratione tumulate.iĳ.kalen.iunĳ. Euoluto anno: vicꝫ eodem die quo ſctōꝝ coꝛpoꝛa apud myꝛcā ciuitatē vt pꝛediximꝰ reperta ⁊ inde ſublata fuerāt.

¶ De ſancto Theodoꝛo martyꝛe epiſcopo myꝛeoꝛum. Cap̄.lxvi



Heodoꝛ⁹ ep̄s et martyꝛ pꝛedeceſſoꝛ fuit ſcti nicolai auūculi ⁊ ſcti nicolai nepotꝭ in ep̄atu myꝛeoꝝ: vt dictū eſt ſupꝛa ꝓxima legēda: cuiꝰ coꝛpus vna cū coꝛpoꝛib⁹ duoꝝ p̄dictoꝝ ſanctoꝝ venetiaꝝ vꝛbi trāſlatū eſt: vt ſuperius enarrat̄. Hic enī cū eccľiam myꝛee ciuitatis feliciter gubernaſſet tp̄e pſecutionis ꝓ xp̄i fide martyꝛiū in eadē vꝛbe paſſus eſt. Quo aūt tp̄e aut die ſeu ſub quo iudice aut quo martyꝛĳ genere perēptus extiterit: ignoꝛat̄: eo q̄ ipa ciuitas a turcis deſtructa ſacre ſcripture ⁊ geſtorū martyꝛū codices diſpſi fuerūt. Sepultꝰ eſt aūt in eadē eccleſia in altari ſcti iohānis baptiſte miraculis pollēs. Inter q̄ illud hebet̄ in legenda ſcti nicolai magni: q̄ dū quidā cecꝰ noīe antoniꝰ ad eū veniſſet ꝓ luminis bñficio conſequēdo: ſctūs ep̄s miſertus illius tulit de oleo lampadis pꝛedicti ſcti theodoꝛi ep̄i ⁊ martyꝛis ⁊ ſignū crucis faciēs ſuper eū: oculos illius deliniuit ⁊ confeſtim cecus ille lumen recepit.

¶ De ſancto Nicolao ep̄o ſenioꝛe. Cap̄.lxvĳ.

Icolaus epiſcopus myꝛeoꝛuꝫ pꝛefato ſancto theodoꝛo in epiſcopatu eiuſdē vꝛbis ſucceſſit: ⁊ ſancti nicolai magni auūculus fuit: cuius gratia ille nicolaus vocatus eſt. Hic cum audiſſet miracula q̄ deus in infantia puerili nuperrime nati oſtendere dignabatur: et qualiter die natiuitatis eius erectus in pelui ſteterat: ⁊ quomodo quarta et ſexta feria ſemel in die mā mas ſuggebat: ſpiritu pꝛophetico vaticinatus eſt: puerum nicolaum omnipotētis dei ſeruum et epiſcopum futurum ⁊ in toto adhuc oꝛbe ſignis ⁊ miraculis clarum ab omnibus reſonandum. Qui etiam ſanctus epiſcopus miraculis refulſit. ¶ Nam cum in caſtello auianenſe aqua longius hauriretur: eo q̄ in oppido puteū non haberent: populuſqꝫ ei aſſereret: q̄ in vno colle aque vena fuerat: que per annos multos vbi eſſet latebat. Uir domini ad locum accedēs fuſa oratione locum per ſpiritum cognouit: ⁊ per cubitum ac dimidiū fodiens: venam aque reperit: que ſufficienter exinde manauit. ¶ Hominem quendam maligno vexatum ſpiritu de regione andronica ei deductum in xp̄i nomine ab infeſtatione liberauit: demonemqꝫ ab eo depulit. ¶ Alium quocꝫ qui doloꝛe ventris quattuoꝛ menſibus toꝛquebatur: adeo vt cibos ſumere non poſſet: ⁊ per terram reptilis moꝛe volutaretur: oratione pꝛo eo fuſa ſanauit. Sicqꝫ domino ſeruiens in pace quieuit: cuius tamen dies doꝛmitionis ignotꝰ eſt. Eius autē coꝛpus vna cum coꝛpoꝛe pꝛefati pꝛedeceſſoꝛis ſui ⁊ nicolai magni eius nepotis: vt ſupꝛa actū eſt venetiarū vꝛbem delatum in monaſterio ſancti nicolai de littoꝛe quieſcit. Succeſſit autem huic in epiſcopatu alius epiſcopus tam pꝛedeceſſoꝛis q̄ ſucceſſoꝛis in vita diſſimilis: peccatis videlicet inuolutus. Cuius nomē ob pꝛaua foꝛte merita in hyſtoꝛia reticetur: ⁊ deinde nicolaus huius nepos glorioſus miracľis innumeris toto oꝛbe famoſus.

¶ De ſancto Felice papa pꝛimo et martyꝛe. Cap̄.lxviĳ.



Elix papa et martyꝛ huius nominis pꝛimus natione romanꝰ ex patre conſtantino de regiōe capꝛitauri: dionyſio pape in epiſcopatu romano ſucceſſit: ⁊ ſedit annos duos: menſes decē. Hic conſtituit ſupꝛa reliquias ſanctoꝛū martyꝝ miſſas celebꝛari. Hic fecit oꝛdinationes duas per mēſem decembꝛis: p̄ſbyteros octo: diacones quinqꝫ: epiſcopos per diuerſa loca numero quinqꝫ. Hic etiam fecit baſilicam in via aurelia miliario ab vꝛbe quito. Qui ſub claudio imperatoꝛe ſecūdo martyꝛio coꝛonat̄: ⁊ ſepultus eſt in p̄dicta baſilica quā ipſe conſtruxerat.iĳ.kalen.iunĳ: ⁊ ceſſauit ep̄atus dies quinqꝫ.

¶ De ſctā Petronilla ꝟgine. Cap̄.lxix.

Petronilla vir
go fuit filia beati pe-
tri apoſtoli. Que cum
nimis ſpecioſa eſſet ⁊
apud vrbem romã de
gens voluntate patris
febricitaret: diſcūben
tibus ſecum diſcipu-
lis. Interrogauit eũ
titus: cur petronillā laborantē febribus iacere
permitteret: qui oēs alios egros ſanaret. Cui
petrus reſpondit quia ſic ei expediret. Tamen
ne impoſſibilitas eius ſanitatis apud aliquos
crederetur: iuſſit illam ſanā ſurgere ⁊ diſcum-
bentibus miniſtrare: quod ⁊ factum eſt. Com-
pleto xp̄o miniſterio illā ad grabatum ſuū iterū
febricitantem remiſit: vbi xp̄o in dei cepit eſſe
amore perfecta: nō ſolū ip̄a ſanata eſt: ſed pluri
bus infirmantibus contulit ſanitatē. ¶ Quam
propter eius ſpecioſitatē flaccus comes concu
piſcens ad eam cū militibus armatis acceſſit:
vt eā vel violenter ſibi vxorē aſſumeret. Puella
aūt eū redarguit: q̄ȥ ad virginē inermē venit cū
armatis. Dierumq̄ȝ trium inducias petijt: atq̄ȝ
matronas honeſtas poſt triduum ad ſe mitten-
das ordinauit: vt cum ip̄is ad virum decenter
aſſociata accedere poſſet. Quas cum ille para-
ret: virgo domini vna cum felicula virgine col-
lactanea ſua ieiunijs ⁊ orationib⁹ triduo occu
pari cepit. Tertio xp̄o die ad eā ſanctus preſby-
ter nicomedes venit: qui eidem corpus dn̄i ob-
tulit. Quo ſumpto in lectulo ſuo ſe reclinauit:
⁊ inter manus matronarū que ad eā iā acceſſe
rant ſpm̄ emiſit pridie kalen. iunij. Sicq̄ȝ factū
eſt vt mulieres que miſſe fuerāt vt virginis nu
ptijs intereſſent: eiuſdē ſacras exequias cele-
brarēt. Cuius corp⁹ via ardeatina ſepultū eſt.

¶ De ſanctis Cantio Cantiano ⁊ Cātianilla
virginibus et martyribus. Cap. lxx.

Cantius cantianus
⁊ cantianilla germani marty-
res apud aquileiam paſſi ſunt
ſub diocletiano et maximiano
imperatorib⁹ agentibus dulci-
tio p̄ſide ⁊ ſiſinnio comite. Hi
de genere carini imperatoris nobiliſſimi vrbis
rome ciues perſecutionē declinare cupiētes fa
cultatib⁹ eorū pauperibus erogatis ex vrbe di-
ſceſſerūt: ⁊ aquileiā deuenerunt: vbi cuidā pro
tho ſacre ſcripture doctori illuſtriſſimo adhe-
ſerunt. Cum autē xp̄m per vrbē aquileiā publi
ce nunciarent: ⁊ comes ac preſes illos vtpote
ex imperiali progenie detinere formidaret: im
peratorib⁹ de predictoꝝ xp̄ianoꝝ aduentu per
litteras ſuggeſſerunt. Quibus imperatores re
ſpondentes hanc dederunt auctoritatē: vt ſi ſa
crificare nollent capite punirent. Quod cum
beati martyres audiuiſſent vna cum protho pe
dagogo ſuo aſcenſo vehiculo vrbem aquileiam
egreſſi fugiebant: nō q̄ȝ mortē recuſarēt: ſed vt
alijs fidelibus p̄deſſe poſſent. Quos comes ſi-
ſinnius ⁊ preſes dulcitius cū ſpiculatoribus in
ſequētes cū alterū ex ſubiunctis aīalibus eoꝝ
vehiculo corruiſſet: eos tandē in loco qui dicit
ad aquas gradatas cōprehenderunt: et horta-
bantur eos: vt ioui thura offerent. Qui cum de
monijs ſe nunq̄ȝ ſacrificaturos reſponderent:
iubentibus comite ac preſide, in eodem loco ca-
pitali ſententia plexi ſunt. De quorū corporib⁹
pro ſanguine lac emanauit. Que a zenone preſ-
bytero collecta cum aromatibus apud ipſam
ciuitatē tumulata ſunt pridie kalen. iunij.

¶ De ſancto Pamphilo martyre. Cap. lxxi.

Pamphil⁹ martyr et
ſacerdos ceſarea paleſtine oriun-
dus in eadem ciuitate paſſus eſt
martyriū. Hic admirande vir fi-
dei ⁊ ſcitatis. Euſebij ceſarieñ.
neceſſarius a quo ille ob intimam amicitiā co-
gnomen euſebius pamphili ſortius eſt: tanto
bibliothece diuine amore flagrauit: vt maximā
partem origenis voluminum ſua manu ſcripſe
rit: que ceſarieñ. bibliotheca ſeruare traditur.
Sed ⁊ ſanctus hieronymus quedaȝ volumina
manu eius exarata ſe reperiſſe aſſerit: que tan-
to vt inquit amplectebaꝛ gaudio: vt creſi opes
habere ſe crederet. Hec autē eſſe dicit. xxv. ori-
genis prefati volumina ſuper libris. xij. p̄phe-
tarū. Scripſit ⁊ ante euſebiū apologeticuȝ pro
origene. Qui ſub maximiani perſecutiōe apud
eādem vrbem martyrio vitam temporalem fi-
niuit kalen. iunij. Huius eni vita prefatus eu-
ſebius ceſarieñ. ep̄s tribus libris cōprehēſam
exarauit. Hec hieronym⁹ de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Vincentio confeſ-
ſore. Cap. lxxij.

Vincenti⁹ gē-
te gallus lerineñ. inſu
le preſbyter tempori-
bus theodoſij ⁊ valen
tini auguſtorū claruit.
Hic vir ſanctitate ad
mirandus in diuinis
ſcripturis erudit⁹ ad
vitanda hereticoꝝ col
loquia validiſſimam edidit diſputationem quā
celato nomine ſuo: peregrini aduerſum hereti
cos intitulauit. Cuius operis partem quia in
ſchedulis poſitaȝ furto perdiderat recapitulā
do paucis ſermonibus ſenſum in vno libro cō-
pegit. Quieuit rome in chriſto kalendas iunij.
Hec gemnadius de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Reueriano epiſcopo
⁊ ſocijs martyribus. Cap. lxxiij.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

REuerianus epūs et paulus preſbyter cū aliis .x. martyrib⁹ apud ciuitatē auguſtuduneñ. paſſi ſunt. Qui omnes pro cōfeſſione nominis chriſti ſub aureliano principe coronam paſſionis a domino perceperunt kalendas iunii: vt dicit ado ex hieronymi martylogio.

¶ De ſanctis Marcellino et Petro martyribus. Cap. lxxiiii.

MArcellin⁹ preſbyter ⁊ petrus exorciſta rome martyriū paſſi ſunt ſub diocletiano imperatore agente iudice ſereno. Cū enī predictus petrus iubēte prefato iudice ceſus ab artemio in carcere detineret̄ ⁊ ipſius artemia filia a demone vexaret̄: ⁊ ob hoc a patre ſepius plangeretur. Dixit ei petrus ꝙ ſi in xp̄m crederet ſtatim eius filia ſanitatē reciperet. Cui artemius ſe mirari rn̄dit quomodo deus petri filiā ſuā liberare poſſet: qui ipm petrum de carcere eripere non valeret. Addens ꝙ ſi cathenas in eo duplicaret eūqꝫ deus ſuus de carcere educeret omnino in ipm crederet: ſi tamē filiam eius a demone liberaret. Petrus ỽo eadē nocte ſe ad domū artemii venturū promiſit. Artemius ergo domum rediens predicta omnia candide coniugi nunciauit. Sicqꝫ ambo de his adinuicem colloquētes ꝙ petrus ad eū venire poſſet: penitus credere non poterāt. Cū autē clauſo diei lumine nox ſuperueniens tenebris mundū repleuiſſet: ſubito affuit petrus cādidis indutus: tenens triumphū crucis in manu ſua. Tunc artemius cum vxore cādida eius veſtigiis proſtrati verum deum xp̄m clamare ceperunt. Statimqꝫ filia eorū paulina virgo ab immūdo ſpiritu liberata eſt. Artemius ỽo cum cōiuge ⁊ filia ⁊ vniuerſa familia ac multitudine vicinorū qui ad miraculum concurrerāt cōuerſi ſunt ad dominū: quos oēs marcellin⁹ preſbyter illuc ſuperueniēs baptizauit. Artemius ỽo qui cuſtos erat carceris: omnes detentos dimiſit: eo pacto vt baptiſmum ſuſciperent. qui oēs a ſancto Marcellino p̄dicto ſacri fontis vnda perfuſi Chriſto dn̄o adheſerūt: ⁊ per dies quadraginta in domo artemii in diuinis colloquiis cum petro et marcellino perſtiterunt. ¶ Poſt hec ſerenus vicarius mādauit artemio: vt oēs carceratos quos xp̄ianos effectos nouerat ſibi preſentaret. Qui manus eorū deoſculans dixit eis: vt ſiquis vellet venire ad martyriū veniret intrepide: et ſiquis nollet: abiret dimiſſus in ſua libertate. Sicqꝫ multis abeuntib⁹ inter paucos marcellinus ⁊ petrus abire noluerūt. Cōperto aūt ꝙ marcellinus ⁊ petrus illos baptizaſſent: iudex eos detineri fecit vna cū artemio ⁊ vxore candida ac filia paulina. Et artemium quidē plumbatis ceſum in cuſtodia cū nata et coniuge recluſit. Marcellinū ỽo pugnis percuti in ambabus arteriis: deinde ipm nuduz ſuper vitri fragmenta proſterni: ⁊ lumē ac cibū ei denegari fecit: petrū aūt per ſe ſeparatū in carcerem trudi: ⁊ pedes eius in cippo cōſtringi. Angelus autē domini marcellino per noctē apparuit: et eum veſtibus ſuis induens ad petrum adduxit: quem et ipſum de cippo ſoluens ambos poſtmodum ad domum artemii duxit. Admonens vt per dies ſeptem chriſtianos cōuerſos confortarēt ⁊ poſtea ſe iudici preſentarēt. Sequenti ỽo die dum ſerenus eos in carceribus non inueniſſet. Artemium cum vxore ⁊ filiis ad ſe adduci precepit: ⁊ ſacrificare nolentes in terra obrui mandauit. Quod marcellinus ⁊ petrus audientes cum multitudine chriſtianorū illuc acceſſerunt: ⁊ cum chriſtiani multo plures ꝙ̄ gentiles eſſent: artemium cum vxore ⁊ filia de manibus carnificum eruerunt: ⁊ eorum detentores detinuerunt: donec marcellinus in crypta miſſaz celebrauit: ⁊ artemio ac chriſtianis omnibus diuina ſacramenta prebuit et poſtmodum omnes in pace dimiſit. Ipſe ỽo in manibus militum paganorum cum petro et artemio candida ⁊ paulina ſponte remanſit. Que cum ſerenus iudex audiſſet: iuſſit artemium cum vxore ⁊ filia ad carcerē reduci: marcellinum ỽo et petrum in ſilua nigra que nunc propter eorum martyrium candida dicitur decollari. Quorum animas quaſi virgines veſtibus ſplendidis ac gemmis indutas ab angelis in celum deferri ſpiculator nomine dorotheus ſe vidiſſe teſtatus eſt: qui ad dn̄m cōuerſus eſt. Lucilla ỽo matrona chriſtiana ſanctorum corpora collegit: et ipſa noctu in via lauicana miliario ab vrbe tertio ſepeliuit: q̄ paſſi ſunt quarto nonas. iunii.

¶ De ſancto Eraſmo epiſcopo ⁊ martyre. Cap. lxxv.



ERaſmus epiſcopus ⁊ martyr paſſus ē ſub diocletiano ⁊ maximiano imperatoribus: qui cum perſecutionem fugiens ad montem libanū declinaſſet coru⁹ ei eſcā diuinit⁹ miniſtrabat: angeli euz frequēti⁹ viſitabant: fere quoqꝫ ad ipm confugebant. Diuina tandē iuſſione ad ciuitatē veniens: ⁊ multos ad xp̄m conuertens ab imperatore Diocletiano detinetur. Et cum ſe chriſtianum confiteretur plumbatis lateribus cedit̄: ac dorſo fuſtib⁹ macerat̄: deinde ſuſpenſus vngulis ferreis lacerat̄. Et cum hec omnia pro xp̄i amore ſuperaſſet: iuſſit imperator plumbum picem ſulphur reſinam cum cera

et oleo reſolui: et exinde chriſti martyrem perfundi. Angelus autē domini eidem aſtitit et facto terremotu cuꝫ tonitruis ꝛ coruſcationibus pene tertia pars populi extincta eſt: ꝛ ſanctus ab incendijs liberatus. Quē diocletianus onuſtū ferro in ceruice ꝛ manibus fecit in tenebroſum carcerem trudi: ꝛ etiā potum aque ei denegari. Orante autē ſancto odor nimis in carcere erupit: ꝛ viſa ſunt duodecim candelabra lucentia in conſpectu eius. Uincula aūt ferrea ſicut cera ſoluta ſunt. Cui angelus dei apparuit: et eum inde eductū in modico tpis ſpacio in italia tranſpoſuit: ꝛ in lucridum ciuitatem introduxit. Quem imperator die ſequenti in carcere reqrens ꝛ minime reperiēs: ſed ianuas clauſas ꝛ anulo ſuo ſignatas aſpiciens: admiratus magicis artibus ipſum eductū putabat. Multitudo ꝟo populi viſo miraculo conuerſa eſt ad chriſtum. Igitur Eraſmus in lucrido ciuitate infirmos omnes curabat: ꝛ multos ad dominū conuertebat. ¶ Deniqꝫ cum filius anaſtaſij primarij ciuitatis defunctus ad ſepulchrum portaretur: ad ſuggeſtionem patris oratione ſua illum a mortuis excitauit: ꝛ ipſum cuꝫ anaſtaſio parēte ꝛ duodecim milibus hominū ad chriſtū conuerſis baptizauit: multaqꝫ deorum templa deleuit: et per dies ſeptem populo predicauit. Sed cum maximianus imperator hec audiſſet ad eādem vrbem properauit: ꝛ comprehenſum eraſmum ad deoruꝫ immolationes inuitare cepit: quem chriſtum confitentem iuſſit in maxillis contundi. Deinde adduxit illum ad ciuitatem ſermitanam ꝛ introducens ad templum iouis hortabat: vt preſente omni populo ſacrificaret. Cūqꝫ domini martyr oraſſet: ſtatua iouis erea duodecim cubitoruꝫ cecidit: et in puluerē redacta eſt. Draco etiam ingens ex ea exiuit et multos de plebe peremit: verum populo ꝓ eorꝫ liberatione ad dei famulum acclamante ipſe draconi imperauit: ꝛ ſerpens ſine alicuius amplioꝛi leſione nuſqꝫ comparuit. Sicqꝫ viſo miraculo tria milia hominū conuerſi ſunt. Ex quib⁹ maximianus iratus trecēti ꝛ triginta quos cōprehendere potuit: gladio necari precepit. Deinde btm̄ eraſmū detētū et ſacrificare abnuētē iuſſit tunica erea ignita ad menſuraꝫ eius corporis fabricata veſtiri: ſed tunica frigida ipſe illeſus permanſit. Tunc iuſſit ollam maximam plumbo pice cera reſina et oleo liquatis impleri ꝛ ſanctum eraſmum epiſcopum in ea demergi. Et cum hoc etiā ſupplicij genus illeſus ſuperaſſet: ꝛ ex olla liquor feruens ꝛ ebulliēs imperatorem vſtulaſſet ipm̄ martyrem chriſti continuo liberauit. Sed maximian⁹ obſtinatior effectus illum in arta cuſtodia vinctum clauſit: vt ipm̄ acrius puniret. Angelus ꝟo domini michael eidem apparuit: ꝛ ſolutum eduxit: ꝛ eidē ducatum prebens dirrhachium perduxit. deinde nauicla ibi diuinitus preparata in cāpaniā prouinciam tranſmigrauit: et iuxta ciuitatem formianam dimiſit. Qui diebus ſeptem extra vrbem manſit pane celico per angelum ſuſtentatus. Deinde diuina iuſſione ciuitatem intrauit et multos ad chriſtum conuertit. Nouiſſime coronam ſibi de celo miſſam a choro apoſtolorꝫ et prophetarū aſpexit: et ſic orans domino ſpiritum tradidit. In eadeꝫ vrbe ſepultus a fidelibus quarto noñ. iunij.

¶ De ſancto Photino epiſcopo et martyre. Cap. lxxvi.

Photinus epiſcop⁹ lugduneñ. ꝛ martyr: vt dicitur eccleſiaſtice hyſtorie libro quinto. Cum etate maior nonagenario eſſet: ꝛ pene membra iā geſtas ſolo amore ꝛ deſiderio martyrij viueret paganorum furente rabie ductus ad preſidem pugnis ꝛ calcibus enormiter inuaſus: ita vt neqꝫ etati: neqꝫ grauitati reuerentie aliquid deferrent: a longe ꝟo ſtantibus ꝛ furentibus lapides ꝛ ligna iacietib⁹ diutius eliſus: dū ſemineciſ in carcere truſus eſſet emiſit ſpiritū. iiij. noñ. iunij. Paſſus eſt tempore marci aurelij ꝛ veri antonij imperatorum.

¶ De ſanctis Blandina virgine ꝛ ſocijs martyribus. Cap. lxxvij.

Blādina martyr cū quadragintaocto martyribus paſſa ē i lugduneñ. ciuitate tēporibus marci aurelij veri ꝛ antonij atqꝫ lucij filiorum eius. De quibus eccleſiaſtice hyſtorie libro quinto caplo primo ꝛ ſecundo ꝛ tertio habet: ꝙ ſeuiente perſecutione cōtra xp̄ianos apud lugdunū ꝛ viennā vrbes galliarum: adeo vt etiā domorum illis prohiberet habitatio ꝓceſſus in publico aut quorūcūqꝫ ciborū cōparatio prefati martyres preſidi ſunt oblati. Inter quos cū quidā vecti⁹ paganus preſidē de tāta impietate argueret: tenet ꝛ ipe tanqꝫ xp̄ianorū aduocatus tētus eſt: ꝛ quidā diaconus nomine ſanct⁹ qui laminis ferri ꝛ eris cādentibus aduſtus in carcerē miſſus: rurſum diris cruciatib⁹ examinatus ſpm̄ reddidit. Attalus qꝫ ꝑgamenus q̄ martyres nutibus oculorꝫ ꝛ geſtib⁹ hortabat: poſtqꝫ dieb⁹ multis terminū carcerē tolerafſet: q2 ciuis romanus capite ceſus eſt. ¶ Ex his qꝫ martyribus decē in carcere tabefacti fame defecerūt. Deīde reliqui oēs ꝓducti qui ex eis ciues erāt romani decollant. Ceteri ꝟo beſtijs ſubijciunt: ſed ab eis mīme ledunt. Inter quos quidā ꝛ alexāder phryx gn̄e nō obſtante ꝙ ciuis roman⁹ eſſet ꝯtra decretū ꝓncipū a p̄ſide volēte pplo cōplacere feris exponit: q2 forte alijs ꝑtinacior videbat. Attal⁹ ꝟo q̄dā alter prunis ſubſtractis i ſella ferrea tort⁹ martyriū

conſumauit. Blandina ꝟo primo ⁊ ſecundo die diuerſis penaruꝫ generibus cruciata tertio die ad ſtipitē ligata beſtijs expoſita: ſed ab his minime leſa: quarto die verberibus acta: craticula exuſta: ad vltimū gladio iugulata eſt. Cuius exemplo ponticus puer annoꝝ. xv. multis paſſionibus affectus ante illam gladio palmā pcepit. Maurus ꝟo quidam: zacharias preſbyter: epactus albina: grata: ⁊ alij ceteri eiuſdē collegij glorioſi diuerſis ſupplicijs diebꝰ plurimis torti: deinde in ſellis ferreis igne ſubiecto aſſati: nouiſſime gladio conſumati ſunt. Quorum omniū quadragintaocto martyruꝫ reliquie inceſe ⁊ rhodanū fluuiū diſperſe fuerunt. Sed diuina diſpoſitione in loco in quo corpora combuſta fuerāt: cineres ⁊ oſſa incombuſta dimiſſa a fidelibus reperta ⁊ recollecta atqꝫ in eccleſia apoſtolorum ſub altari condita ſunt. Hoꝝ oim paſſio agitur. iiij. noñ. iunij.

¶ De ſancto Nicolao peregrino et confeſſore. Cap. lxxviij.

Nicolaꝰ cognomēto peregrinus confeſſor natione grecus tempore vrbani pape ſecundi claruit. Hic in annis adoleſcētibꝰ in monaſteriuꝫ ſancti luce quod in ſcyro grecie partibꝰ ſitū eſt diutius ꝯuerſatus angelicam vitam duxit. Cunqꝫ dominica precepta que crucem tollendam ſequiqꝫ dominū iubēt ſolicite audiſſet: non tamē ſpiritu: ſed manibus corpoream crucem arripiēs monaſterio diſceſſit: ⁊ vt chriſtum liberius ſequeret: peregrini cepit: qui veniens hydrātum apulie ciuitatem: ibiqꝫ aliquātuluꝫ commemoratus venit tarentum: vbi aliqua miracula oſtēdēs a populo reuerentie eſt habitus. Inde venit ad ciuitatem tranen̄. vbi crucem ex more manibus baiulans puerorum multitudinē congregauit: cū q̄bus ſacra vrbis loca circuiēs: kyri eleiſon clamare nō ceſſabat: pueroſqꝫ ſubſequentes vt ſimiliter clamarent concitabat: ⁊ vt ad ſe quotidie conuenirēt: ⁊ hoc diebus ſingulis iterarēt. puerulos pomis ⁊ fructibus ſibi datis alliciebat: quibuſdā ex ciuibus eum inſanum reputātibus: quibuſdā ꝟo altiora de eo ſentientibus: ⁊ columbinam preſumētibus ſimplicitatē. Nā pauperrimis indutus panniculis: nudis pedibus incedebat: ſine intermiſſione orabat: diebꝰ ſingulis non ante veſperas cibum ſumebat. Panem ꝟo modicum ⁊ aquaꝫ ſemper comedebat. Cum autem eius fama ad biſantium archiepiſcopum perueniſſet: eum ad ſe accerſiuit: ⁊ cur talia clamādo ꝑ vrbē circuiret: ſciſcitatus eſt. Cui ſanctus vir preceptum domini de cruce ſumenda confeſtim allegauit: quam nedū animo ſed corpore ſe geſtaturum quotidie diſpoſuit: quod ſi epiſcopꝰ in eius ſibi dioceſi denegaret: ad oppidum ipſe mox aliud properaret. Preſul autem prudens ſancti confeſſoris rectā intentionem ⁊ columbinam ſimplicitatem attendens ei prohibere noluit: quin propoſitum adimpleret: quinimo rogauit: vt quotidie ad ſuā menſam reficiendus accederet. Cum autem nicolaus archiepiſcopi mādata adimpleret: ⁊ ciuitatem ex more kyri eleiſon clamans ⁊ cruceꝫ baiulans cum pueris peragraret: poſt dies modicos febre corripitur: ⁊ in hoſpitio cuiuſdam ex ciuibus nobilis deuotione maxima refouet. Qui ad extrema deueniens pueros ſuos aduocauit: ⁊ crucem ſuaꝫ eiſdem tradens: eos in nomine domini benedixit: ſicqꝫ ſpiritū in pace domino reddidit. iiij. noñ. iunij. Statimqꝫ a ciuibus vnanimiter ad eum ex deuotione confluentibus corpus ad eccleſiā beate marie deducit: ⁊ a cunctis certatim irruētibus pedes eius cuꝫ reuerentia deoſculātur. Eodem die mulier tranen̄. nomine mundella corporis tactu ſanctiſſimi lumen oculorum triennio ante perditū recuperauit. Alia mulier biſantia nomine cuiꝰ brachium aruerat ſanitatem recepit. Altera etiam alba nomine dolore ventris dudū nimio fatigata: medelam a ſancto cadauere percepit. Sicqꝫ ab archiepiſcopo ⁊ populo corpꝰ peregrini nicolai in ipſa eccleſia honorifice tumulatur: vbi multis ſignis effulget.

¶ De ſancto zacharia monacho. Cap. lxxix.

Zacharias monachꝰ ſiluani abbatis diſcipulus artiſſimam in heremo vitam duxit. Qui raptꝰ in extaſi a mane vſqꝫ ad horam decimam ad ſe rediens: dixit ſe vidiſſe gloriā dei: ⁊ tunc fuiſſe dimiſſum: qui etiam pallium ſuum pedibus conculcans: dixit neminem poſſe fieri monachum: niſi qui ſic animo omnia conculcaſſet. quieuit in pace quarto noñ. iunij. Hec heraclides.

¶ De ſanctis Pergentino ⁊ laurentino martyribus. Cap. lxxx.

Pergentinus ⁊ laurentinus fratres vterini nobiles ciuitatis aretine paſſi ſunt ſub perſecutione decij ceſaris in eodem oppido. Cum eñi tyburtius conſiliarius decij eandem vrbem ingreſſus eſſet: delati ſunt ei predicti fratres ꝙ populum a deorum cultura ſuperarent: qui illos aduocās: et primo quidē blandicijs multis hortari cepit: vt a chriſti predicatione deſiſterent. Et quia nobili progenie orti fuerant; eos tunc lenitate mollire cupiens dimiſit. Cum autem adhuc dei martyres conſtantius chriſtū confiterent: ⁊ populū a ſacrificijs ſubtraherēt exhortationibꝰ ſuis. Iteruꝫ delati tyburtio tenti ſunt: et cathomis leuati diutius

fuſtibus cedi iubentur. Statimcꝫ brachia miniſtrorū arefacta obſtupuerūt: ſed oratibus ſanctis eiſdē reſtituta ſunt. Quo miraculo multi gentiliū conuerſi fuerūt ad xp̄m. Tunc iubente tyburtio ſancti in carcerem recluduntur: ⁊ per triduū ſine cibo dimittūtur. Poſt tres ꝟo dies angelus dn̄i ad eos deſcendit: quos ⁊ celico pane refecit: totuſcꝫ carcer nimia claritate refulſit. Cuſtodes ꝟo velut mortui obdormierunt. Tuncꝫ xp̄iani qui nuper conuerſi fuerant cum ſorore eorum pergentina ad ſanctos viſitādos eadem nocte veniſſent: ⁊ cuſtodibꝰ munera detuliſſent: vt illos ad ſanctos intrare permitterēt: carcerē apertū inuenientes: ⁊ cuſtodes dormiētes ad ſctōs ingreſſi ſunt: ⁊ baptiſmi lauacrum expetebant: eiſcꝫ vt abirent ſuadebant. Sācti ꝟo martyres eos baptizandos ad corneliū quendā preſbyterum miſerunt: ⁊ ꝙ nullatenus abire volebant reſponderūt: eo ꝙ ad martyrium feſtinabāt. Sicꝫ illi ad corneliū accedentes baptizati ſunt fere ſexaginta viri. Sequēti die tyburtius hec audiens: eos eductos ſuper carbones ardētes nudatis plantis ſtare fecit: ſed vtercꝫ ipſorum illeſus permanſit. Tūc ſtatuā iouis adduci mandauit: eoſcꝫ illā adorare ſuaſit. Et poſtꝗ̄ illi orationē fuderunt: idolum in puluerem redactum eſt. Quo miraculo ducenti paganorum conuerſi ſunt ⁊ clamantes xp̄m verum deum furore gentiliū vſcꝫ ad mortē ceſi: ſemiuiui relicti ſunt. Tūc tyburtius iuſſit pergentinum ⁊ laurentinum fratres capitalem ſubire ſententiam. Quorum corpora pergentina ſoror illoꝝ cum aliīs pluribus xp̄ianis noctu ſurrepta longe a ciuitate arretina fere mille paſſibus ſepeliuit. iiij. nonas iunij.

¶ De ſancto Liſardo confeſſore. Cap. lxxxi.

LIſardus preſbyter et cōfeſſor ſancti leonardi magni germanus fuit tp̄e ſancti remigij archiep̄i remeñ. ⁊ clodouei regis francoꝝ: vt dicet infra in legenda ſancti leonardi. viij. idus nouembris. Hic cum beato leonardo fratre ſuo relicta curia regali ſancto remigio archiepiſcopo adheſit: ⁊ ab eodē in ſacerdotij dignitate cōſecratus eſt. Poſt hec aſſociatus leonardo aurelianū predicātes verbum dn̄i deuenerūt. Et in quodam cenobio aliquādiu inſimul ſeruientes domino permanſerunt. Cum autem liſardus ſuper ripam ligeris ſolitariam vitam elegiſſet: ⁊ leonardus per ſancti ſpiritus admonitionē in aquitania predicare diſponeret: oſculantes ſe abinuicem diſceſſerunt. Sicꝫ liſardus omni vite ſue tp̄e in eodem loco breui tugurio locatus ieiunijs ⁊ contemplationi intentus perſeuerauit. Et. iij. nonas iunij in pace quieuit. Cuius corpus aureliani tumulatum miraculis coruſcat.

¶ De ſancto Iſaac martyre. Cap. lxxxij.

ISaac monachus ⁊ martyr apud ciuitatem cordubā paſſus eſt. Qui cum eſſet annorū xxvij. feruente perſecutione: gladio pro fide chriſti necatus cum palma martyrij a regna celeſtia conuolauit. iij. nonas iunij. Hec hieronymus in martyrologio ſuo. Et inde ado.

¶ De ſancto Iſaac preſbytero. Cap. lxxxiij.

ISaac antiochene eccleſie preſbyter cōtinentiſſime vite: et perſpicue ſapientie clarus fuit. Qui aduerſus neſtorianos ⁊ entycianos multa ſcripſiſſe dicit. Antiochene quoꝗ̄ vrbis ſue excidium elego metro deploraſſe narratur. Claruit autem leonis primi tēporibus. Hec gemnadius de illuſtribus.

¶ De ſancto Iſaac confeſſore. Cap. lxxxiiij.

ISaac abbas ⁊ cōfeſſor de ſyrie partibus ad ſpoletanam ciuitatem deuenit: ingreſſuſcꝫ eccleſiā a cuſtodibus petijt vt ſibi quantum vellet licentia concederetur orandi quod ⁊ obtinuit. Et cum diebus tribus ⁊ ſubſequentibus noctibus indefeſſus orationem continuaſſet: ⁊ hoc vnus ex cuſtodibus cerneret: inflatus ſuperbie ſpiritu: cepit impoſtorem clamare: qui ſe triduo ante oculos hominum orare ſimularet. Et cum virum dei alapa percuſſiſſet: repente ſpiritus illum malignus inuaſit et ad viri ſancti veſtigia ſtrauit: et ꝙ iſaac inde ipſum expelleret acclamauit. Cuius tamen viri peregrini nomen adhuc ignorabatur: moxcꝫ vt vir dei ſuper eum incubuit: malignus ſpiritus qui eū inuaſerat abſceſſit. Quo miraclo ciues ſtupefacti virum domini reuerentia habere ceperunt eicꝫ multa ꝓ edificando monaſterio obtulerūt. Ille autem nihil horum accipiens deſertum locum repperit ibicꝫ ſibi humile habitaculum cōſtruxit: multoſcꝫ ibidem diſcipulos congregauit. Hic prophetico ſpiritu claruit: ⁊ miraculis coruſcauit. Die quadam in horto monaſterij vangas diſcipulos hora veſpertina iactare precepit: quod futurum erat ſpiritu dei prenoſcens. Cum autem nocte ad matutinum cum fratribus ſurrexiſſet: pulmentum operarijs coqui iuſſit: factocꝫ ſummo mane ipſū ad hortum deferri mandauit: vbi quot vangas iactari fecerat tot laborantes inuenit. Ingreſſi quippe fures fuerant: ſed mutata mente per ſpiritum vangas apprehenderant: et vſquocꝫ ſanctus ad eos peruenit hortū colere non ceſſauerant. Quos ille clementer ſalutauit pulmento refecit ⁊ de malo propoſito quo venerāt redarguit atcꝫ collectis oleribus oneratos remiſit. ¶ Cum quidam ſciſſis pannis obſiti et

nudi ad eum venirent: eiuſq; miſericordiam
poſtularent: ille vnum ex diſcipulis ſilenter vo-
cauit: eiq; precepit: vt ad talem cauam arborē
in ſiluā accederet: ⁊ veſtimenta ibi reperta de-
ferret. Qui dum iuſſa compleſſet ⁊ veſtes reper
tas detuliſſet vir domini ea peregrinis nudis
petentibus tribuit. Illiq; recognouerunt que
poſuerant pudore conſternati: q2 qui fraudulē-
ter veſtimenta querebant aliena confuſi recepe
runt ſua. ¶ Quidam vir ſe illius orationibus
cōmendans ſportas duas alimentorum ei per
puerum tranſmiſit. Quarum vnam puer in iti-
nere abſcondit alteram viro detulit. Quā ipſe
gratāter accepit: ſ3 puerū admonuit: ne ſportā
abſcōditā icaute cōtingeret: q2 ſerpēs in ea in-
greſſus foret: puer igiẽ q̄uis exultaſſet ꝙ mor
tem euaſit: quia tamen delictum eius propala-
tum fuerat confuſionē ſuſcepit. Reuerſuſq; ſi-
cut ei abbas dixerat ſerpentē in ſporta inuenit
⁊ de cōmiſſo penitentiā egit. Hec gregori⁹. iiij.
dialo. cap̄. xiiij. Sanctus aūt iſaac clarus virtu
tibus in ipſo cenobio in domino quieuit.

¶ De ſancto Quirino epiſcopo et
martyre. Cap̄. lxxxv.

Quirinus eps ſciſia-
nus ⁊ martyr tempore diocletiani
⁊ maximiani paſſus eſt. Qui cum
in eadē ciuitate que oppidū eſt il
lyrice ꝓuincie a maximo preſide
quereref: egreſſus vrbem ⁊ fugiens cōprehen-
ſus eſt: ⁊ maximo iudici preſentatus. Et cū ſe
xp̄ianū libere profiteref iuſſit eum fuſtibus ce
di. Deinde grauatum cathenis in carcerem re-
cludi. Cui nocte oranti diuinus ſplēdor illuxit.
Quod videns marcellus cuſtos carcere3 ape-
ruit: ⁊ cōuerſus ad xp̄m: ac eius pedib⁹ ꝓſtra-
tus baptiſma ſacrū ſuſcepit. Poſt triduū autē
maximus iudex iuſſit quirinū ferro vinctū ad
amantiū preſidē ad primā pannonie ciuitatem
adduci. Qui iuxta flumen danubiū amātio de
ſcarabatenſi ciuitate reuertēti preſentaf: quē
ille ad eandē ciuitatē rediēs illuc adductū du-
riſſimo carceri mancipauit. Cui xp̄iane quedā
matrone cibū potūq; miniſtrabāt. Statimq; vt
oblata benedixit ceciderūt cathene de manib⁹
⁊ pedib⁹ eius: donec manducaret: deinde a cu-
ſtodib⁹ ad ſabariā ciuitatē adductus amantio
preſidi in theatro oblat⁹ eſt. Quē preſes ꝑ mul
ta verba ad ſacrificandū ſuadebat. Cūq; quiri
nus tam eius minas ꝙ blanditias contēpſiſſet:
iuſſit amātius ad collū eius mollā ſuſpendi: at
q; in fluminis ſabari vndā demergi. Cumq; de
ponte precipitatus fuiſſet in flumē: ⁊ diuti⁹ ſu
pernataſſet cū ſpectantibus xp̄ianis collocat⁹:
ne ſuo terrerenf exēplo: vix orans vt mergeref
obtinuit. Cuius corpus nō longe inde repertū
in baſilica iuxta ſcarabatē ciuitatis portā prin
cipalē poſita a fidelibus ſepultū eſt. Facta ꝓo
incurſione barbarorum in partibus illis: chri-
ſtiani inde fugientes corpus martyris abſtule
runt: ⁊ romam baiulantes via apia miliario ab
vrbe tertio in eccleſia ad catacumbas deuote
depoſuerunt. Ubi aliquando apoſtolorum cor-
pora iacuerūt: vbi ⁊ corpus ſancti Sebaſtiani
martyris cum alijs plurimis requieſcūt. Paſ-
ſus eſt autem pridie nonas iunij.

¶ De ſanctis. xliiij. martyribus. Cap̄. lxxxvi.

Quadragintaquattu
or martyres in ciuitate iconij paſ
ſi ſunt ſub alexandro imperatore.
Hi a ſanctis quirico et iulita cō-
uerſi: cum chriſtum publice predi
carēt iuſſu alexandri capite ceſi ſunt pridie no-
nas iunij: ⁊ in eadem ciuitate tumulati.

¶ De ſancto Bonifacio epiſcopo
⁊ ſocijs martyribus. Cap̄. lxxxvij.

Bonifacius archi-
epiſcopus maguntinus apud
fritiam martyrium paſſus eſt.
Qui iuſſu ſtephani pape ſecun
di pipinum karoli patrem vn-
xit in regem francorum. Hic
de britannia veniens fidem chriſti fritionibus
primus annunciauit: et multis miraculis no-
uelle genti nouus predicator coruſcauit. Cum-
q; maximam partem fritie chriſti cultui ſubie-
ciſſet: ⁊ ſacro fonte baptiſmatis diluiſſet: a pa
ganis qui ſupererant tentus ⁊ multis affectus
iniurijs: tandem gladio peremptus martyriu3
cōſumauit: cum cobarico epiſcopo ⁊ alijs ſer-
uis dei nonas iunij.

¶ De ſancto Bonifacio epiſcopo
⁊ martyre. Cap̄. lxxxviij.



Bonifacius
archiepiſcop⁹ boſ-
neñ. et martyr con
ſanguineus otho-
nis tertij imperatoris fuit:
qui ſibi admodum dilectus li
beralibus inſtructus et muſi-
cus gratioſus: adhuc in ſecu-
lo deo deuotus erat. Et dum
eccleſiam ſancti martyris bo
nifacij ſui nomine frequentaret: optabat ſe il-
lius exemplo martyrem futurum. Tandem re-
licto ſeculo habitum ordinis camaldulenſis ac-
cepit: et ſancto romualdo abbati eius ordinis
fundatori adheſit: cuius diſcipulus effectus
ſanctiſſimam vitam pluribus ſecu3 annis egit.
Demū ad martyriū flagrans a ſede apoſtolica
predicandi gentibus licentiā impetrauit: ⁊ cō
ſecratus archiepiſcopus ad gentes boſne euā-
gelizandas acceſſit: qui ceteris conſocijs equi
tātibus nudis pedibus incedebat. Et cū alias

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bis ſolū in ſeptimana dn̄ica ſcꝫ die ⁊ quinta fe
ria cibum ſumere conſueuiſſet: tunc pro labore
itineris tantū ſibi indulſit: vt quotidie medio
pane ⁊ aqua modica reficeret: diebus domini-
cis ⁊ feſtiuis addens poma vel arboꝝ radices
vix coctas. Qui etiam poſtꝙ eſt in archiepiſco
pum conſecratus officiū monaſticum iure pro-
feſſionis ⁊ canonicū iure cōſecrationis quoti-
die bis dicebat. Ueniens aūt ad montes ⁊ pe-
des ire non valēs nudis plantis ⁊ crurib⁹ equi-
tabat: ⁊ in partibus illis frigidiſſimis adeo fri
gus intolerabile ſepius ſuſtinebat: vt aliquādo
pedem a ferro ſubherente diſiungi non poſſet:
niſi aqua calida ſubueniret. ¶ Ueniens igit̄ ad
boſnas gentiles verbum domini feruentiſſime
predicabat. Sed videns ſe modicū proficere:
ad rutenorum regem deuenit: ibiq̄ xp̄m annun
ciare cepit. Rex aūt illum pānoſum inſpiciēs:
putabat: ꝙ ſpe ꝯquirēde pecunie hec ſimulate
cōfingeret: eiq̄ munera promiſit: ſi a permiſſis
deſiſteret. Ille xͦo pontificalibus precioſe in-
dutus corā rege ſtetit: quem adhuc rex magis
ſimulatorē exiſtimauit. Eidemq̄ ſpopondit: vt
ſi epiſcopus per ignē inuſtus incederet: ipſius
fidei adhereret. Moxq̄ ignem copioſum accē
ſum epiſcopus aqua benedicta conſperſit ⁊ pō
tificalibus indutus per ipſuꝫ ſecurus trāſiuit.
Ita vt nec pilus aduſtus in veſte: nec odor fu-
mi in carne quid apparuit. Quo miraculo rex
cum populi multitudine infinita ꝯuerſus ⁊ ba
ptizat⁹ eſt. Cupiebatq̄ regnū filio dimittere: ⁊
bonifacio adherere. Fratrem aūt ſuū nolētem
fidem chriſti ſuſcipere abſente archiepiſcopo
occidit. ¶ Cum autē bonifacius ad alteruꝫ re-
gis fratrem longe poſitū iuiſſet: vt ei chriſtum
predicaret. Ille archiepiſcopū tenuit ⁊ in con
ſpectu ſuo ⁊ plurimoꝝ decollari fecit. Statiq̄
ipſe regis frater excecat̄: ⁊ tam ipſe ꝙ omnes
aſtantes intantū ſenſum amiſerūt: ꝙ ſicut lapi
des immobiles ⁊ oino inſenſibiles perſiſtebāt.
Rex autē hoc audiens illuc cū multis acceſſit:
vt fratrem occideret: ſed cū miram dei vltioneꝫ
vidiſſet: orauit chriſtū vt oēs illi ad ſenſuꝫ ⁊ lo
quelam redirēt: eo pacto ꝙ ſi cōuerti vellēt eis
iniuria necis ſancti viri remittat̄: ſinautē cun-
cti gladio trucident̄. Factaq̄ oratione tam re-
gis fratri ꝙ ceteris ſenſus reſtitutus eſt: qui
baptiſmo ſuſcepto ſancto martyri triumphale
ſepulchrum ⁊ eccleſiam conſtruxerunt.

¶ De ſancto Bonifacio epiſcopo
carthaginenſi. Cap̄. lxxxix.

BOnifacius epiſco-
pus carthaginēſis claruit tēpo
re zenonis imparatoris vt ait Si
gibertus: qui ſanctitatis cul-
mine ⁊ ſapientie lumine admo-
dū effulſit. Libroſq̄ plurimos
ad diuerſos cōſcripſit: videlicet de predeſtina-
tione. De cōtinentia cōiugatorum poſt votum.
De virginitate ⁊ humilitate. De oratione ⁊ cō-
punctione. Scripſit ⁊ ſermones elegātes pre-
cipue. De natiuitate domini. Et de ſolennnita-
te ſancti ſtephani prothomartyris. Et virtuti-
bus inſignis migrauit ad chriſtum.

¶ De ſanctis Nicandro ⁊ Martiano
martyribus. Cap̄. xc.

NIcāder et martian⁹
martyres vigēte pſecutione paga
noꝝ in ciuitate atina a maximiano
preſide comprehenſi cū ſacrificare
nollent pmo diebus. xx. in carcere
detenti ⁊ afflicti ſunt. Deinde ad decollandum
iubētur adduci. Tūc vxor nicandri iuuenis pu
ella virum exhortās vt in chriſti cōfeſſione ma
neret immobilis detenta eſt a paganis: marty-
res autem domini ligatis duobus orarijs ante
oculos eorū decollati ſunt: vxor autem nicādri
poſt dies tres etiā ipſa in cōfeſſione fidei capi
talem ſententiā ab eodē accepit iudice. Ciues
aūt venephrani corpus ſancti nicādri in eoruꝫ
vrbe: ciues xͦo atinates corpus martiani in eoꝝ
oppido collocarūt. Paſſi ſunt eñ in territorio
inter ipas duas ciuitates poſito non̄. iunij.

¶ De ſctō Philippo diacon̄. Cap̄. xci.

PHilippus diacon⁹
de ſeptē pmis ab apoſtolis ele-
ctus eſt: vt habet̄ Actuū. vi. ⁊ cū
ſtephano ꝓthomartyre ordina-
tus eſt. De quo plurima in acti-
bus apoſtoloꝝ ſcribunt̄. Nā ⁊ ſamarie predica-
uit: ⁊ ſimonē magū baptizauit. Candacis etiā
eunuchū regine ethiopū ad chriſti fidē ꝯuertit
⁊ ſacri baptiſmatis vnda pfudit: multiſq̄ ciui-
tatibus donec veniret ceſaream nomē dn̄i ieſu
xp̄i euāgelizauit: vt hr̄ Actuū. viij. Ueniēs aūt
ceſareā multis ibidē miracl'is claruit. Habuit
eñ quattuor filias virgines ſacratiſſimas per
quas deus multitudinē vginū lucrat⁹ eſt. Hic
inter cetera vt ait Papias ep̄s hieropolitanus
mortuū quendā per eaſdē eius quattuor filias
ſibi oblatū a mortuis ſuſcitauit. Deinde ordina
tus eſt ep̄us in thracia ſcythia: vt tradit abbas
dorotheus. Et poſtꝙ i eccleſia ſua ſibi cōmiſſa
annis pluribus p̄dicaſſet reuerſus ceſareaꝫ in
pace dormiuit. viij. idus iunij: vbi ⁊ ſepult⁹ qe-
ſcit. Et iuxta ipſum tres ex predictis filiabus
ſuis iacēt. Quarta xͦo ephesi dormit.

¶ De ſanctis Artemio Candida ⁊
Paulina martyribus. Cap̄. xcij.

ARtemius candida
vxor ei⁹ ⁊ paulina vgo eoꝝ filia
martyres rome paſſi ſūt ſub dio
cletiano iudice ſereno. Hi a ſctō
petro exorciſta conuerſi ſunt: cū

apud eūdē artemiū in carcere detinereť: poſtꝙ prefata paulina ab obſeſſione maligni ſpūs ꝑ eundē petrū liberata eſt: qui oēs cū alioꝝ multitudine carceratoꝝ a ſctō marcellino p̄ſbytero baptizati ſunt: vt ſupra dictuꝫ eſt in paſſione marcellini ⁊ petri. iiij. noñ. iunij. Poſtꝙ autem marcellinus et petrus a ſereno decollati ſunt: vt ibidem dictū eſt: ⁊ p̄fatus artemius cū vxore ⁊ filia a paganis detēti: ⁊ in carcere iubēte ſereno diebus pluribus vincti fuerūt: tandē cum in xp̄i confeſſione conſtantes perſiſterent: data ſuper eos ſentētia artemius gladio necatꝰ eſt. Candida vero ⁊ paulina lapidibus obrute ſunt. Quorum corpora chriſtiani rapientes via aurelia vbi ⁊ interfecti fuerant: cum reuerentia collocarunt. viij. idus iunij.

¶ De ſanctis viginti martyribus. Cap. xciij.

VIginti martyres apud tarſum cilicie tēporibus diocletiani ⁊ maximiani ſub iudice ſimplicio paſſi ſunt. Qui ꝑ diuerſa ſupplicia deū glorificauerūt in corporibꝰ ſuis. Quorū corpora apud hipponē ciuitatē aphrice tranſlata ſepulta cuſtodiunť: vt dicit Auguſtinꝰ. xxij. de ciuitate dei: vbi ⁊ refert ꝙ dū quidā florentius ſenex ⁊ pauꝑ qui veſtē amiſerat: nec vnde aliā emeret habebat: ad hoꝝ martyrum memoriam oraſſet: quatenus eius inopie ſubueniret confiſus de virtute ſanctoꝝ in littore piſcē magnum palpitantem repperit: quem ſcindēs in eius ventre anulum aureum cum lapide precioſo inuenit: quem tanti vendidit ꝙ inde ſe honorifice veſtiuit: ⁊ martyribꝰ gratias egit. Quoꝝ paſſio colitur. viij. idus iunij.

¶ De ſancto Vincentio epō. Cap. xciiij.

VIncentius epiſcopus meuie ciuitatis tēpꝰe quodā a capitolio rectore tuſcie qui epos xp̄ianos ferro vinctos puſij cōgregauerat puniēdos cū fratre ſuo benigno diacoñ. adductꝰ eſt ad templū martis vt dijs immolaret. Cū autē oraſſet oīa idola ſubuerſa: ⁊ demones vlulātes exeūtes: multoſqꝫ paganoꝝ cedentes ſexcētos ex eis verberibus occiderūt: omneſqꝫ xp̄ianos qui ferro vincti erāt xp̄i virtute cōpulſi ſoluerunt. Quo miraculo plurimi gentiliū fidē perceperunt. Inter quos quidā mauertius comes pus crudeliſſimus qui ⁊ de vicinis locis epiſcopos cōgregauerat cōuerſus eſt. Cum autē xp̄iani cum epiſcopo ad locum aliū ſe traſferētes pſallerent: miſit capitolinus ⁊ inde ſublato vincentio ceteros gladio occidi fecit. At extraſiꝰ quidā religioſus corpꝰ benigni diacoñ. ex ceteris rapiens non longe a portulio ſepeliuit kal'. maij. ¶ Poſt dies aliquot capitolinus ꝑductum vincentium ⁊ diutius tortū atqꝫ lapidibus contuſum diſtentum in equuleo ⁊ flāmas aduſtū carceri mancipauit: vbi ianuis diuinitꝰ patefactis lux celica ſibi refulſit. Quod preſes audiēs iuſſit eum in mare mergi: qui in equore miſſus ab angelo ad littus reductus eſt. Unde ⁊ qui eū demerſerant hoc cernētes conuerſi ſunt: ⁊ vſqꝫ ad ciuitatem ſuam meuiam illum humeris reportarūt. ¶ Interea mortuo capitolino ⁊ a porphirio eius ſucceſſore detinetur: feriſqꝫ ſubijciť: ſꝫ ab eis minime leſus in fouea aque maxima necari iubetnr. Verū aperiens ſe terra aquas obſorbuit: et. xviij. fugientes aquas deglutiuit. Vincentius vero ad cellam ſuam redijt: ⁊ ſubſequenti die dominico celebrata miſſa coram populo ſpiritū emiſit. viij. idus iunij. Cuius corpus matrona quedā lucceria a gentilibꝰ precio redemptuꝫ: qui illud rapuerant exurendnm: in predio ſuo qui vocať campus ſalutis ſepeliuit: inter portuliū ⁊ leuaniā miliario ab vrbe. xliiij. vbi ⁊ iacet miraculis clarens.

¶ De ſctō Paulo epō ⁊ martyre. Cap. xcv.

PAulus epiſcopꝰ cōſtantinopolitanꝰ ⁊ martyr ſub conſtantio imꝑatore martyriū paſſus eſt: qui ob defenſionē catholice fidei ab eodē imꝑatore arriano de ſede ſua eiectus: et apud quādā ciuitatulā in cappadocia cucuſam nomie exilio impulſus arrianoꝝ inſidijs grauiter ſtrāgulatus ad celeſtia regna migrauit. vij. idus iunij. Hic ſapiētia p̄clarus: vt non ſolum ſue patiētie exemplo: ſed etiā ſermone ceteros ad tolerantiā cōfirmaret: de patiētia libellum edidit: vbi ⁊ de penitētia tractās docet penitētem ſic ꝓ peccatis dolere debere ne ſupra menſuram triſtis periculum deſperationis incurrat. Tantoqꝫ lepore ⁊ rationū ſuaſione patiētes aduerſa ad conſtantiam ⁊ animoſitatem inducit: vt expreſſius docere videatur: ꝙ veri beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſticiā. Hec in martylogio adonis.

¶ De tranſlatione ſancti Seruatij epiſcopi. Cap. xcvi.

TRāſlatio corporis ſancti ſeruatij facta eſt tēpore eldonis filij henrici regis frācorum. Cum eniꝫ eius eccleſia apud traiecteñ. ciuitatē fabricata eſt tempore karoli regis: miſit idem karolus venerādū virū nomine viligiſum ad reſtaurandū ea que in ipa eccleſia defeciſſent. Cui per noctē dormienti ſanctus ſeruatiꝰ aſtitit: ſeqꝫ de tellure leuari mādauit. Quod cū viligiſus epiſcopo nūciaſſet: indicto triduano ieiunio cuncto pp̄lo: aptoqꝫ ſecretario ſubterraneo: inuentus eſt ſarcophagus marmoris

Precioſi: in quo corpus ſacrum eſſe putantes: il
lud aperuerunt: ⁊ nihil in eo reperiētes ad mor
tem contriſtati ſunt. Sequenti ꝟo die ſuperio-
ris oratorij monumentū reſerarunt: vbi ⁊ corpꝰ
beati ſeruatij inuenerunt: quod tñ illuc ignora
batur trāſlatum. Erat aūt corpus oīno integrū
⁊ in nullo penitus corruptum: veſtes quoqꝫ oi-
no illeſe: cum pontificali baculo ⁊ claue argen-
tea ſibi a ſancto petro rome per viſum tradita:
vt in eius legenda ſuperius dictum eſt. iij. idus
maij. Ex tumulo quoqꝫ hoc odor mirificus ex-
halabat. ¶ Dum aūt corpus leuare vellent: mē-
bra ſingula inſtar candentis ferri transfigurata
cernuntur: quod in loculo argenteo ei prepara
to ſuperius exaltat: luxqꝫ immēſa totū ſanctua
rium circunfulſit. Que cum rex karolus au-
diſſet: traiectum venit: ⁊ ibidem paſcha dñi ce-
lebrauit: vbi ⁊ infinita miracula oſtenſa ſunt.
¶ Poſt aliquod ꝟo tp̄s heldo filius henrici re-
gis francorum ad inſtantiā matris regine cor-
pus ſancti Seruatij ſumma deuotione ſaxoniā
tranſtulit: ⁊ in baſilica nomini eius cōſtructa lo
cauit. Sz cum omnia traiectēſibus ciuibus ad
infortuniū cederent: ipſiqꝫ abſentie ſancti cor-
poris hoc aſcriberēt: miſerunt quoſdam qui de
partibus ſaxonie corpus furantes traiectū ret
tulerunt. In cuius trāſlatione miracula multa
⁊ ſigna deꝰ oñdit. Que facta eſt. vij. idus iunij

¶ De ſancto Medardo epo. Cap. xcvij.

Medardus epiſcopꝰ cla
ruit tp̄e clodouei regis francoꝝ. Hic
progenitus patre noīe tardo de forti
genere francorū matre ꝟo ꝓthagia
romana: cum adhuc puer ad ſcholas iret: ⁊ tu-
nicam quam ſibi mater fecerat ad artificem cō
ponendam deferret: inuento a ſe ceco tunicā ꝓ-
buit. Cibum etiam ei traditum plerūqꝫ paupe-
ribus diuiſit: ipſe ieiunus permāſit. Etate quo
qꝫ puerulus ſpm̄ ꝓphetie ſe habere demōſtra-
uit. Nam cū eſſet in tornaco puero conſocio in
ſcholis predixit: ꝙ poſt annos. xxx. futurus eſ-
ſet epſ: ⁊ vt predixerat ſic euenit. Factus autē
preſbyter multa miracula oſtendit. Cū em̄ qua
dam nocte fur eius vineā introiſſet: ⁊ vuas ex-
portandas precidiſſet: nec ex ipſis guſtare: nec
inde valuit ſe mouere: donec mane repertus a
medardoqꝫ ſolutꝰ inde ꝯfuſus receſſit. ¶ Aliꝰ
quoqꝫ nocte eius mela diripiens: ⁊ oues expor
tans dum abire vellet: ab apum examine in hor
to mellificante faciē eius artante adeo punctꝰ
⁊ oppreſſus fuit: ꝙ nullatenus exire potuit: do
nec veniente viro dei latro predā depoſuit ⁊ me
dardus eū liberauit. ¶ Clotharius rex in fran
cos exercitum mouit: qui cūcta in villa ⁊ agris
diripiens dum ad ſolentiacum villam ſancti me
dardi veniunt: inde ſe mouere nequiuerunt:
donec cuncta que predati fuerant dimiſerunt.
¶ Porcarij etiam ſui a quibuſdam seducti por
cos ad remotum vſqꝫ locum aſportantes: mane
apud cellam viri ſancti cum porcis inuēti ſunt:
⁊ de commiſſo penitentiam egerūt. Deinde fa-
ctus eſt epiſcopus nouioñ. ⁊. xv. annis epiſco-
patum gubernauit: vitamqꝫ laudabilem ducēs
eiſdē ſignis effulſit. Inter que tonſionem quē-
dam a demonio vexatum mirabiliter liberauit.
Poſt obitum autem ſancti Eleutherij epiſcopi
tornaceñ. medardus ad ſedem illius tranſlatꝰ
eſt: ⁊ ſedit annis quattuor. Qui quanti meriti
apud deum fuerit: oſtēſum eſt: cū in eius obitu
celi aperti ſunt: atqꝫ ante eum diuina micuerūt
luminaria. Pluuia etiā aquarum calidarum in
terram defluxit. Quieuit in pace ſexto idus
iunij. Sepultus in eccleſia ſua miraculis co-
ruſcans inſignibus.

¶ De ſancto Gildardo epo. Cap. xcviij.

Gildardus epiſco-
pus rothomageñ. frater prefa
ti ſcti Medardi epiſcopi fuit.
Qui ambo gemelli vno ⁊ codē
die nati videlz. vi. idus iunij: et
vno ⁊ codē die euolutis annis
ambo epi conſecrati ſunt: videlz. vi. idus iunij.
Alter in eccleſia nouioñ. alter in eccleſia rotho
mageñ. iterumqꝫ poſt lapſum annorū eodem ip
ſo: ⁊ vnico die ābo a ſeculo abſoluti ſunt. Floru-
it aūt gildardus tp̄e quo ſupra dictū eſt ⁊ plenꝰ
virtutibꝰ in dño eodē ip̄e die quo et frater me-
dardus feliciter obdormiuit: videlz. vi. idus iu-
nij. Sepultus eſt in eccleſia rothomageñ. vt di-
cit frater vincētius in ſpeculo hyſtoriali.

¶ De ſctis Primo ⁊ feliciano mar. Cap. xcix.



Primus ⁊ fe-
licianꝰ martyres paſ-
ſi ſunt in ciuitate nu-
mentana miliario. xiiij. ab vr-
be ſub diocletiano ⁊ maximia
no auguſtis preſide aūt ꝓmo
to. Hi cū eſſent in vrbe roma
apud imparatores a tēploꝝ pō-
tificibꝰ accuſant: ꝙ niſi eos
ſacrificare fecerint nulla a
dijs ſuis rñſa obtinere valebūt. Iuſſu igit ipe-
ratorum capti in carcere recludūtur: ſed ab an
gelo ſoluti poſt dies aliquot: iterū eiſdem pre-
ſentātur. Quos iuſſerūt ad phanū herculis ad
duci: ⁊ niſi ſacrificarent a militibus tormentis
affligi. Ducti igitur ad tēplum cū immolare cō
temnerent virgis diutius ceſi ſunt. Tunc impa-
tores illos ꝓmoto p̄ſidi ciuitatis numētane tra
diderunt acriter puniendos. Quos milites fer
ro vinctos iuxta forum ipſius oppidi in carce-
re poſuerunt. Poſt dies ꝟo multos iuſſit p̄ſes
eoſdem ſibi preſentari: ⁊ ſacrificare contēnen-
tes abinuicem ſeparari. Dicebatqꝫ feliciano: vt
ſue conſulens ſenectuti dijs immolaret. Qui ſe

annoꝝ.lxxx. eſſe aſſeruit ⁊ annos.xxx. elapſos ex quo veritatē agnouit: vnde ꝑelegerat deo vi-uere: qui ipm poterat de manibus preſidis liberare. Quē iuſſit ꝓmotus ad ſtipitem ligari: et clauos in manibus eius: ac pedibus affigi. Et cum leto vultu perſiſteret mādato preſidis ibidem felicianus torquetur: ⁊ triduo in eodē ſtipite cōfixus dimittit: ⁊ neq; panis: neq; aqua eidem miniſtrat. Dehinc depoſitus in cuſtodia detinet. ❡ Poſtmodū preſes primū adduci fecit: eiq; ſuadēdo aſſeruit: ꝙ frater ſuus felicianus imperatori conſentiens magnus in palatio venerabat. Cui primus rn̄dit: ꝙ filius diaboli verū dixiſſet: eo ꝙ felicianus imperatori celeſti conſenſiſſet. Tūc iratus ꝓmotꝰ iuſſit eū in equuleo ſuſpēdi ⁊ latera illius facibus incēdi. Deinde in lecto deponi: ⁊ plumbum bulliēs in os eius infundi: preſente feliciano vt terreri poſſet. Ipſe vero plūbū tepefactū vt aquā ſuauiter bibit. Tunc iuſſit eos in amphitheatrū duci ⁊ duos imaniſſimos leones eis dimitti. Qui ad eorū pedes ꝓſtrati vt agni māſueti ſteterūt. Rurſus ⁊ vrſos ferociſſimos eis iuſſit laxari: q ⁊ ipi cū leonibꝰ māſueuerūt. Aderāt ad hoc ſpectaculū ex vicinis vrbibꝰ pluſq̄.xij.milia hoim Ex quibꝰ.M.cccc.cōuerſi ſunt ad xp̄m: ꝑſes vero hec cernēs ſctōs ex amphitheatro mādauit educi: ⁊ ibidē gladio capite trūcari: ⁊ eorū corpora canibus rodenda dimitti. Que dei virtute nedū a beſtijs ⁊ auibus: ſed etiā a muſcis intacta ꝑmanētia a xp̄ianis collecta ad arcus numentanos iuxta arenariū ſepulta ſunt: vbi ⁊ ꝑſecutione ſedata in eccleſia in eoꝝ noīe fabricata eſt: miliario.xiiij.ab vrbe. Paſſi ſunt aūt circa annū dn̄i.cclxxxvij.v.idus iunij.

❡ De ſancto maximiano ep̄o. Cap̄.c.

MAximianus ep̄s ſyracuſanus vita ⁊ miraculis claruit tp̄e beati gregorij pape. Fuitq; primo abbas monaſterij in q̄ beatus Gregorius monachus fuit. Poſtmodū electus ī ep̄m ſyracuſane ciuitatis. Qui dū adhuc abbas eſſet: ⁊ cū quibuſdā fratribus de conſtantinopoli ad vrbē rediret: in mari adriatico nimia tēpeſtate dep̄henſus ī exiſtimabili ordine atq; miraculo dei irā cognouit ⁊ gratiā. Nā cum ventorū nimietatibꝰ eleuati fluctus ſeuirent: ex naui claui ꝑditi: arborq; ſciſſa eſt: vela in vndis ꝓiecta: totūq; vas nauis quaſſatū nimijs fluctibus a ſua erat iā cōpage diſſolutū: rimis itaq; patentibus intrauit mare atq; vſq; ad ſuperiores tabulas impleuit nauē: ita vt non tā nauis inter vndas q̄ vnde intra nauis iam eſſe viderent. Tūc in naui reſidētes non iā ex morte vicina: ſed ipa eius p̄ſentia: ac viſione turbati: oēs ſibimet pacem dederūt ⁊ corpꝰ dn̄i acceperūt: eorūq; aīas dn̄o cōmendabant: quorum corpora in tam pauēdā mortē tradiderat. Sed omnipotens deus meritis ſancti viri eos mirabilius ſeruauit. Nā diebus octo nauis vſq; ad ſuperiores tabulas aquis plena: iter ſuum peragens enatauit: nono autem die in portum cotronen̄. caſtri deducta eſt: ex qua omnes incolumes exierūt. Cūq; poſt omnes maximianus eſſet egreſſus in eiuſdem portus profundum nauis demerſa eſt: ac ſi illis egredientibus ꝓ pōdere ſubleuatiōe caruiſſet. Et que plena omnibus ī pelago aquas portauerat: atq; natauerat maximiano cū ſuis fr̄ibus exeunte aquas ſine hoibus in portu portare nō valuit. Poſt hec ſanctus dn̄i ad ep̄alem ſedem ſublimatus virtutibus plurimis glorioſus in pace q̄euit.vi.idus iunij. Hec gregorius.iij.dial'.cap̄.xxxvi.

❡ De ſancto Maximino epiſcopo. Cap̄.ci.

MAximinus ep̄s fuit vnus ex.lxxij.xp̄i diſcipulis. Cui poſt aſcēſionē xp̄i apoſtolis ꝑ diuerſa terrarū loca ad p̄dicādū euntibus btūs petrus apl's ſpecialiter cōmēdauerat mariā magdalenam: ſicut ⁊ mater dn̄i iohāni euāgeliſte ab ipo xp̄o fuerat cōmēdata. Cū igr̄ poſt lapidationē ſtephani iudeorū ꝑſecutio in diſcipulos ebulliret: vt hr̄ Actuū.vij. Iudei magdalenā ⁊ marthā cū marcilla eiꝰ pediſſequa lazarū maximinū ⁊ cedoniū qui fuerat cecus a natiuitate: ⁊ alios plures nauicule impoſitos ſine remo: vel remige mari expoſuerūt: vt ſic in vndis necarent: vt dicet īfra ī legēda magdalene.xi.kal'.auguſti. Qui deo duce oēs īcolumes maſſiliā applicuerunt: vbi p̄dicāte maria: ⁊ oī pplo ad deū cōuerſo lazarū ep̄m maſſilie cōſtituerūt: vniuerſamq; ꝓuinciā conuerterūt. Btūs vero maximinꝰ rexit eccleſiā aquen̄. verbo p̄dicationis vacās: ⁊ miraculis coruſcās annis fere.xl. Ipe quoq; dilecte ſue filie magdalene die obitꝰ eiuſdē ſacra myſteria tradidit: eāq; ī eiꝰ eccl'ia añ altare defunctā honore debito tumulauit. Poſt cuiꝰ obitū annis.v.ſupuixit. Et poſt hec in xp̄o q̄euit.iiij.idus iunij. Sepultꝰ in monumēto qd̄ ipe ſibi ꝯſtruxerat iuxta corpꝰ btē magdalene. In q̄ loco ꝓceſſu tp̄is repta ſunt corpa magdalene ⁊ marcille ⁊ maximini honorabilīꝰ tumulata.

❡ De ſancto cedonio ep̄o. Cap̄.cij.

CEdonius ep̄s vel ſidonius fuit ille cecꝰ a natiuitate quē dn̄s lutū ex ſputo faciens: ⁊ oculos liniens illuminauit: vt hr̄ Ioh.x. Qui ⁊ ab aliquibꝰ dr̄ fuiſſe vnus ex.lxxij.xp̄i diſcipulis. Siue aūt ex numero illoꝝ fuerit ſiue nō: planū hr̄ ex chronicis ⁊ geſtis diſcipl'oꝝ: ꝙ xp̄i diſcipulꝰ fuit: ⁊ poſt aſcēſionē dn̄i ab apl'is baptizatꝰ ſancto maximino ſpecialiter adheſit; vnde ⁊ vt dictū eſt: cum

eodē ⁊ lazaro atq ſororibus eius nauicula impoſitus a finibus iudeorū expulſus fuit. Poſtꝙ aūt pfati ſancti ꝓuinciā ꝓuincie ad quā deo duce applicuerant: ad xp̄m conuerterunt. Et poſtꝙ beatus lazarus maſſilie ⁊ beatus maximinus aquis epiſcopi ordinati ſunt. Ipſe in miniſterio maximini aqueſ. ciuitatis permanſit: ⁊ eiuſdem predicationis coadiutor fuit: vbi ⁊ poſt dies multos in pace quieuit: ⁊ iuxta magiſtrum reconditus iacuit: vt ſupra actum eſt.

¶ De ſanctis Baſilide Tropode ⁊ Mandale cōfeſ. Cap. ciij.

Baſilides: tropus et mandalis affectu martyres: actu xp̄o confeſſores tempore aureliani imperatoris apud ciuitatem aurelianā claruerunt. Cum eñi baſilides eſſet officialis platonis prefecti in partibus orientis: xp̄us eidem apparuit: ⁊ xp̄ianum in miniſterio gentilis eſſe non debere dixit: eidemq vt renūciaret officio mandauit. Veniēs ergo baſilides ad prefectum petijt ab eo licentiā: vt parētes et affines ſuos reuiſere poſſet in ciuitate aurelia: que erat in italia: conſiſtentes: eo ꝙ annis. xxv. in officio prefecture fideliter ſeruiſſet: promittens ſe vſq ad annum reuerſurum. Prefectus autem eius fidelitatem attendens non ſolū vnius anni ſed biennij licentiā gratāter conceſſit. Reuerſuſq ad locū vbi ei xp̄us apparuerat: ip̄m iterum ſe expectātem inuenit. Cui cū baſilides que fecerat: enarraſſet: vt cauſā deſerēdi officij inueniſſet mandauit ei dn̄s: vt ſocios ſuos tropodē et mādalem ſecū aſſumeret: ⁊ ad littus accedentes diuinam ibi nauiculā inuenirēt. Qui cū iuſſa dn̄ica cōpleuiſſet: ac oīa ſocijs ambobus retuliſſet: oēs vnanimiter relinquētes cuncta que habebant: ad littus deuenerūt: ⁊ nauiculā paratam inueniunt: in qua erat ip̄e xp̄us gubernator: et angeli remigantes: qui ad pedes ſaluatoris ꝓcidentes nauiculā intrauerunt: ⁊ celico ab angelis pane refectiuni noctis ſpatio mare trāſfretantes ad portū ciuitatis aurelie: que eſt in finibꝰ italie peruenerūt: ⁊ miliario. viij. ab ip̄a vrbe in terrā deſcenderūt. Cū aūt vrbi pdicte appropinquātes audiuiſſent: qualiter aurelianus imperator xp̄ianos perſequebat: ad ciuitatem ire formidantes: dn̄o ieſu xp̄o qui eorum dux ⁊ nauta fuerat ſe cōmendabant. Quibꝰ iterum xp̄s apperuit: eoſq per angelorū miniſteriū pane ⁊ aqua refecit. Et poſtꝙ comediſſent: obdormierunt. Mane xp̄o ſe excitātes ad ip̄m locum vbi ⁊ de naui exierant: videlicet in ip̄o ſe littore inuenerūt. Et orauerūt ad xp̄m vt aīas eorum in pace ſuſciperet: eademq hora ſpiritum emiſerunt quattuor idus iunij. Quorū corpora ibidem ſepulta ſunt: et eccleſia fabricata: vbi et miraculorum beneficijs elucefcunt.

De ſanctis Getulio ⁊ amantio ⁊ ſocijs martyribus. Cap. ciiij.

Getulius: cerealis: amātius: ⁊ pmitiuus rome ſub adriano pncipe martyriū paſſi ſunt. Cū eñi getulius doctiſſimus in fide xp̄iana multos erudiret cerealis vicariꝰ ab imperatore adriano ad eum tenendū miſſus eſt: qui cum legentē ⁊ docentē repperit. Fuerat autē cerealis cum fratre getulij primitiuo amiciſſimus amantio cuidā tribuno: qui chriſtianꝰ effectus officium dimiſerat: ſed ob metum adriani latebat. Sanctus autē getulius cereali amantium declarauit: ⁊ ipſum ad eū adduxit. Quē cerealis aſpiciens gauiſus eſt ſumma leticia: ⁊ ab eodē in fide chriſti edoctus: ad ſanctū ſixtū papam primū adducitur: ⁊ ab ipſo cerealis baptizatur. Que cum adrianus intellexiſſet: miſit licinium cōſularem vt eos puniret. A quo beati getulius et primitiuus frater eius cum cereali ⁊ amantio tenti ſunt. Qui primo grauiſſime ceſi: deinde diebus trigintaſeptē in carcere clauſi: deinde igni tradiri ſunt. Cum aūt cerealis amantius et primitiuus ſpm̄ emiſiſſent: et getulius in igne adhuc ſuperuiueret fuſtibꝰ illiſo capite martyrium conſumauit. Qui paſſi ſunt in fundo capolis: via ſalaria miliario. xiij. ab vrbe. Quorum corpora ſimphoroſa vxor getulij martyris in predio ſuo in eodē loco poſito ſepeliuit. iiij. idus iunij.

¶ De ſancto Barnaba apoſtolo. Cap. cv.



Barnabas apoſtolus ꝙuis de lxxij. diſcipl'is fuerit: quia tamē cum paulo in gētibus pdicationis officium ꝓmeruit. Idcirco ſicut ⁊ paulus apoſtolus dictus fuit. Hic ex tribu leui cyprius genere ab hyſtoria actuū apoſtolorū in multis extollit ⁊ laudatur. Hic eñi de primis diſcipulis fuit q agrū vendidit ⁊ precium poſuit ante pedes apoſtolorum: vt habetur Actuū quarto. Paulum noniter conuerſus primus in hieruſalē ad apoſtolos ducit: vt habet Act. ix. antiochiā ciuitatē tunc permaximam ad conuertendum accepit. Actuū. xi. Ipſe cum paulo in gētibus vt dictū eſt vocatione ſpūſſancti apoſtolatū promeruit. Act. xiij. Et cum eodē poſtmodū vt inde ſequit inter gentes verbi gratiā ſeminauit. Cum aūt iohannes diſcipulus eorū cognomine marcus eos reliquiſſet: redeunti ⁊ penitenti barnabas indulſit: ⁊ iterum in diſcipulū aſſumpſit. Paulus xp̄o ip̄m iterum recipere renuit: ⁊ ideo inter eos ſeparatio facta fuit; vterq enim ex pia cā

et recta intentione fecit: ꝙ eũ barnabas ipſum
aſſumpſit: hoc fecit ex dulcedine miſericordie:
ꝙ paulus illũ aſſumere noluit: hoc fecit ex fer-
uoris rectitudine. Sic dicit glo. actuũ quinto-
decimo. Illa aũt ſeparatio facta eſt nõ ex com
motione viciȷ̃: ſed ex inſtinctu ſpũſſancti: vt ab-
inuicẽ ſeparati pluribus predicarent ſicut poſt
ea factũ eſt. ¶ Cũ aũt eſſet barnabas in iconio
ciuitate cũ predicto iohãne cognoĩe marco vir
quidã ſibi ſplendidus apparuit: eũq; in xp̃o cõ
fortans marcũ: id eſt excelſum nominauit. Ea-
demq; nocte dñs barnabe ſe reuelauit: eũq; ad
agonem martyriȷ̃ exhortans eterna ſibi premia
ꝓmiſit. Qui mane viſiones ſuas ſibi mutuo ret-
tulerunt: ⁊ ſuper ipis ſilentiũ impoſuerũt. Cuȝ
autem paulus ⁊ barnabas in antiochia predi-
caſſent angelus domini paulo apparuit: ⁊ eum
vt hieruſalem feſtinaret ad fratres: admonuit.
Cumq; barnabas cyprum ire vellet ad parẽtes
ſuos reuiſendos: ſancto ſic operãte ſpiritu ab
inuicem diſceſſerunt. Paulus nanq; barnabe
quod ſibi iuſſerat angelꝰ indicauit. Barnabas
ꝓo flens eius pedibus volutatus ſe amplius
paulũ non viſurum predixit. Quem paulus in
dño cõfortauit: prenuncians ſibi a dño reuela-
tum: ꝙ cyprũ iturus eſſet: vbi multos ad fidem
cõuerteret ⁊ martyriũ ſuſtineret. Igiť nauigã
tes barnabas ⁊ iohãnes venerũt cyprũ: ⁊ inue
nerunt timonẽ et ariſtonem diſcipulos. Timon
autem febricitans per impoſitionẽ manus bar-
nabe liberatus eſt. Pergẽs ergo barnabas per
inſulam cuȝ iohanne euangeliũ ſancti matthei
ſecum tulit ⁊ ſuper infirmos ponens oẽs ſana
bat. Poſt hec inuenerunt elimam magum qui
dicitur barieu quem paulus lumine oculoꝝ ad
tempus priuauerat: vt diciť actuũ decimoter-
tio qui eis reſtitit et paphũ intrare prohibuit.
¶ Cum autẽ die quadam barnabas vidiſſet ho
mines ⁊ mulieres in phano nudos currẽtes et
MArcus ⁊ marcellianus fratres rome ſub diocletiano imperatore paſſi ſunt: agẽte fabiano vrbis prefecto. Hi nobili genere orti: tranquillini ⁊ martie filij fuerunt. Qui cum pro fide chriſti diebus pluribus in carcere tenti fuiſſent: data ſentẽtia ſuper eos a chromatio vrbis prefecto decollari iubentur: ſi infra dies triginta dijs ſacrificare renuiſſent. Interimqꝫ dati ſunt in cuſtodia primiſcrinio nomine nicoſtrato. Ad quos parentes ⁊ vxores cum filijs ⁊ affinibus aduenerunt: qui lachrymoſis precibus animos iuuenum emollire ſatagebant: quatenus temporalem euadentes mortem preceptis imperialibus conſentirent. Quos beatus ſebaſtianus ſua predicatione ad martyrium animauit. Qui poſtꝙ zoe vxori nicoſtrati que dudum muta fuerat: loquendi facultatem reſtituit ipſum nicoſtratum cum coniuge ⁊ parentes marci ⁊ marcelliani ad chriſtũ conuertit. Chromatiuz quocꝫ vrbis prefectum cum filio tyburtio ſua doctrina ſalutifera ad fidem adduxit: vt hec omnia dicta ſunt ſupra in paſſione ſebaſtiani decimotertio kalendas februarij: ⁊ dicẽtur infra in paſſione tyburtij. iij. idus auguſti. Sicqꝫ factum eſt vt diocletianus chromatium vrbis prefectum dignitate priuatum in exilium mitteret: ⁊ fabianum eidem ſurrogaret. Qui marcum ⁊ marcellianum ſacrificare nolentes in carcerẽ diebus pluribus vinctos detinuit. Demum eductos ad ſtipitem ligari et eorum pedes acutis configi iuſſit. Cuz autem tranſiſſet vnus dies ⁊ vna nox: ⁊ illi pſallentes chriſtum laudarent precepit illos prefectus lanceis per latera tranſfigi. Sicqꝫ cum corona martyrij ad ſyderea regna migrauerũt. Quorum corpora chriſtiani occulte noctu tollentes via ardeatina ſepelierunt decimoquarto kalendas iulij.

¶ De ſanctis Cyriaco et Paula virgi. et mar. Cap. cxxv.

CYriacus et Paula virgo apud hyſpanias in ciuitate malica martyrium paſſi ſunt. Qui a paganis pro chriſti nominis confeſſione vincti: poſt multa eis illata tormenta lapidibus obrupti inter ſaxa celo aĩas reddiderunt. xiiij. kalendas iulij: vt habetur in martyrologio adonis ex datario hiero. ſumpto.

¶ De ſanctis Geruaſio ⁊ Prothaſio martyribus. Cap. cxxvi.



GEruaſiꝰ ⁊ prothaſiꝰ fratres gemini filij beati vitalis militis et beate valerie apud mediolanuz ſub nerone imperatore paſſi ſunt. Hi enĩ poſt martyriũ parẽtũ de quibus ſupra actũ eſt in paſſione vitalis ⁊ valerie. iiij. kalen. maij: omnẽ ſuam familiam liberãtes omneſqꝫ ſuas facultates pauperibus erogantes ſancto nazario martyri dudum adheſerũt: q̃ oratoriũ cõſtruebat. Dehinc mediolanum vrbẽ propriã regreſſi in vno ſe cenaculo concluſerunt: ⁊ per. x. annos lectioni et orationi vacantes anno. xi. ad martyrium peruenerunt. Cum enĩ comes aſtaſius ad bellũ tẽderet qđ ab arcomanis fuerat excitatũ: et mediolanũ ingreſſus eſſet: idolorum põtifices eidẽ occurrerũt aſſerentes: ꝙ dij ſibi reſpondere cõtẽnerent: nec belli ei victoriam concederẽt niſi prius geruaſius ⁊ prothaſius immolarẽt. Continuo igitur tenentur: et a comite ſacrificare ſuadent. Cui cum geruaſius oĩa idola ſurda ⁊ mutata diceret: ⁊ ab oĩpotenti deo victoriã exquirẽdã aſtrueret: iratus comes tã diu illũ plũbatis cedi fecit ꝙ diu ſpm̃ exhalauit. Deinde ꝓthaſiũ accerſiuit: eũqꝫ vt ſacrificaret dijs admonuit. Recuſantẽ in equuleo ſuſpendi iuſſit. Deinde depoſitũ fuſtibꝰ cedi. Cũ aũt ꝓthaſius comitẽ miſerũ appellaret: ⁊ cecos oculos cordis habere diceret: ac chriſtum voce publica proclamaret: iuſſit eũ aſtaſius capite cedi. Quorum corpora philippus quidã ſeruus xp̄i cũ filio ſuo rapuit: ⁊ occulte in domo ſua in arca ſaxea ſepeliuit: libellũ quocꝫ eorũ ortũ et vitã et martyriũ cõtinentẽ conſcripſit: ⁊ ad capita illorum depoſuit. Paſſi ſunt autẽ circa annũ dñi lvij. xiiij. kalen. iulij. Horum corpora tempore beati ambroſij epi reuelata ſunt. ¶ Cum idem chriſti confeſſor in eccleſia ſanctorum naboris ⁊ felicis oraret: ita vt nec vigilaret aperte: nec dormiret integre apparuerũt eidẽ duo iuuenes pulcherrimi veſtibus candidiſſimis induti: caligulis calciati: facie perlucidi ſecũ manibꝰ et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tenſis orantes. Orāte autem ambroſio vt ſi fan-taſma eſſet abſcederet: ſi autē veritas plenius appareret: ſimilimodo canente gallo: iterum ſecum orantes viſi ſunt. Tertia ꝟo nocte defe-cto iam ieiunijs corpore non dormienti: ſed ſtu-penti cum tertia ſibi apparuere perſona: que ſimilis eē beato paulo apoſtolo videbatur: ſm quod in pictura conſpexerat: illiſqꝫ tacentibus apoſtolus ambroſio reſerauit: ꝙ illi martyres chriſti fuerant: qui omnia pro chriſto contem-pſerant: ⁊ chriſtū in paſſione imitati fuerant: admonens vt in eo quo orabat loco duodecim pedibus terram effoderet: ibiqꝫ eorum corpo-ra in arca marmorea inueniret: ad quorum ca-pita libellum conſpiceret: eorum ortum nomi-na vitam et martyrium continentem. Conuoca-tis igitur ambroſius vicinis epiſcopis terram effodiunt: et vt ſupra promiſerat paulus: cun-cta ſic euenient. Et licꝫ ab eoꝝ paſſione pluſqꝫ anni. ccc. fluxiſſent: ita tamē eorū corpora ſunt reperta: ac ſi ipſa hora fuiſſent ibi poſita. Ex quibus etiā odor mirabilis fragrabat. Cecus autem quidam tangens feretrum lumen con-tinuo recepit: ⁊ alij plures egri eorum meritis curati ſunt. Quorum corpora in matrice ipſius ciuitatis eccleſia requieſcunt.

¶ De ſancto Urſicino mar-tyre. Cap. cxxvij.

VRſicinus martyr apud rauennam paſſus eſt tem-pore Neronis imperatoris ſub paulino conſulari. Hic natione ligurus arte medic⁹ fuit. Poſt-ꝙ autem multorum corpora ſa-nauit: ſub paulino conſulari arte humana ⁊ ani-mas vti chriſtianus arte diuina a iudice tētus poſt mlta ſupplicia decollari iuſſus eſt. Qui vt ſupra dictum eſt in paſſione ſancti vitalis. iiij. kalendas maij. cum ad locū paſſionis ductus eſſet: qui palme vocabulum habebat: quia ibi-dem palma adhuc antiqua vigebat: gladiū ex-pauit: ſed eū beatus vitalis inde confortauit: ne ipſe qui alios curare conſueuerat: ſeipſum eterne mortis iaculo vulneraret. Mox igit̄ vrſi-cinus de eo ꝙ formidauerat mortem: peniten-tiam egit: ⁊ decollationē intrepidus ſuſcepit. Cuius corpus vitalis miles intra ipſam ciuita-tem ſepeliuit decimotertio kalen. iulij. Quod tamen poſtmodū tranſlatum fuit ad eccleſiam ſancti iohannis baptiſte: vbi ⁊ propriū orato-rium ſortitus eſt. Deinde poſt ānos. ccccccccc. tempore othonis ſecūdi imperatoris ab hone-ſto archiepiſcopo rauennate ad eccleſiam vrſi-cinam leuatum eſt: que grece hagia anaſtaſis. i. ſancta reſurrectio dicitur.

¶ De ſancto Romualdo ab-bate. Cap. cxxviij.



ROmualdus abbas ordi-nis camalduēſ. tēpore othonis tertij imparatoris claruit. Hic ex illuſtribus pa-rentibus rauēne ortus: patre ſergio duce adhuc adoleſcēs: lꝫ carnis vicio ꝓcliuius exiſte-ret: tm̄ aliter deo deuotus iam q̄ſi heremū appetebat. Cū aūt pater ꝓ quodā agro cū vno eius ꝓpinquo litigaret: ⁊ romual-do p̄ſente ipm occidiſſet. Juuenis quaſi homi-cidij cōſcius. xl. dieb⁹ penitentiā in claſſis mo-naſterio pfecit. Inducebat̄ aūt tūc ab vno con-uerſo vt ordinē intraret: qd̄ hic facere ꝓmiſit, ſi ſanctū ſibi apollinarē oſtēderet. Et dū ambob⁹ in eccleſia pnoctantibus ſanct⁹ apollinaris de ſub altari bis exiēs ei ſcdo apparuiſſet: ille ex-inde corp⁹ martyris ibidē iacere nullaten⁹ du-bitauit. Et extūc cōſilio ⁊ ſuaſu honeſti archi-epi rauenneñ. olim abbatis claſſeñ. monaſteriū claſſis ingreſſus trienniū ibi in vite ſanctitate peregit: deinde abbatis licētia ad quēdā here-mitā marinū noīe qui in venetie partibus dege-bat deuenit: ⁊ ſub eius diſcipulatu manere ce-pit: ab eodēqꝫ vite heremitice obſeruantiā im-bibit: pſalteriūqꝫ rudis multis verberib⁹ pulſa-tus didicit: triduo quoqꝫ in ſeptimana mediā panis buccellā ⁊ pugillū fabe cum aqua guſta-uit. ¶ Eodē tpe petrus vrſiolus dux venetie q̄ tyrannice ducatū obtinuerat: ⁊ in necē vitalis cādiani eius p̄deceſſoris fautor extiterat de cō-miſſo penitēs cōſilio guarini abbatis de terra ſancta ad gallias redeūtis ⁊ ſanctoꝝ marini et romualdi ducatui reſignauit: ⁊ aſſumpto iohā-ne gradenico ſecū in crimine cōſocio cū predi-ctis tribus ſanctis ad monaſteriū ſcti michae-lis in galliā deuenit: vbi inſimul habitabāt: ipſi oēs heremiticā vitā ducētes. Ipſos autē ⁊ fra-tres alios romualdus in ꝟtutib⁹ ⁊ vite auſteri-tate p̄cellebat. Et terrā colentes de labore ma-nuū victū querebant. Ibiqꝫ romualdus multa diaboli tētamina ptulit ⁊ deuicit: ſub cuius ma-giſterio petrus olim dux viuere cepit: ⁊ qꝛ tam ardue vite nō fuerat aſſuetus: ei⁹ facultati ma-giſter pie cōdeſcebat. ¶ Miraculis aūt maxi-mis ⁊ ſtupendis hic ſanct⁹ effulſit. Cū eīn ruſti-cus familiaris domus Romualdo conqueſtus fuiſſet: ꝙ quidā diues vaccam ſibi rapuiſſet: et ſanctū vaccā repetētē vir ille deriſiſſet: vaccāqꝫ coctā cum alijs in cōuiuio ederet: os ſubito in gutture raptoris tranſuertitur: ⁊ ille continuo ſuffocat̄. ¶ Comitē quendā nomine olibanum de grauibus criminibus ſibi cōfeſſus: nō ſolū ad penitentiā adduxit: ſed etiā ad religionem incitauit. ¶ Audiens aūt ꝙ pater ei⁹ monach⁹ factus ad ſeculū redire diſponeret: ad patrem

s iiij

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

concitus fuit: eumqȝ in ſancto propoſito cōfir‑
mauit: qui poſt dies modicos in chriſto quieuit.
Romualdus aũt in predio monaſterij claſſeñ.
permāſit: vbi a demonibus primo eũ deterren‑
tibus: deinde grauiter cedētibus diutius pul‑
ſatus: oēs ipſos malignos ieſu inuocato nomi
ne effugauit. Qui poſtmodũ ſub diuerſorũ ani
malium ⁊ monſtrorũ formis terribilibus appa
rentes ipſum cōturbabāt: ſed eoꝝ ꝑſecutiones
ſanctus vir orationibus ſuperabat. Ipſis autē
diebus in loco qui dicit̃ balneuȝ monaſterium
quoddā ſancti michaelis ꝯſtruxit: ſed a ſancto
apollinare monitus ad cenobiũ ſuuȝ regreſſus
eſt. ¶ Poſt hec habitauit in palude comacleñ.
⁊ deinde in palude que peretũ dicit̃ longe a ra
uenna quaſi milibus duodecim cum diſcipulo
guilelmo: vbi ignē qui cellulaȝ inflammauerat
oratione repente extinxit. ¶ Poſt hec iuſſu im‑
peratoris othonis. iij. in claſſeñ. abbatē elect⁹
dudum renitens tandē coactus acceptauit: ſed
dum fratres ad votũ corrigere nō valeret corā
rauenne archiepō ⁊ imperatore officio reſigna
uit: quem videlȝ impatorē tyburtinā ciuitatem
obſidentē reperiēs ad pacē ⁊ concordiam cum
tyburtinis reduxit: eo ꝙ ipm impator reueren
ti e gereret: vbi etiā thamũ quendā nobilē ⁊ bo
nifacium virũ clariſſimũ impatoris ꝓpinquum
teutonicos ad penitētiā cōuertit: ⁊ monachos
effectos ſecũ deduxit. ⁊ ad peretuȝ redijt. Qui
videlȝ bonifacius poſtmodũ archiepus ⁊ mar‑
tyr fuit: de quo ſupra actũ eſt iuxta aliũ eius no
minis ſanctũ noñ. iunij. ¶ Poſt hec innumeris
fratribus cōgregatis in multis locis ac ciuita
tibus cellas extruxit: ⁊ camalduẽñ. heremitaꝝ
ordinem inchoauit. Ad cuius inſtantiam otho
imperator cenobiũ ſancti alberti edificauit: et
predijs large dotauit. Et cum otho ad vitā mo
naſticam aſſumendā diſponeret poſtq̃ vadens
romā inde rediſſet ſanctũ ipȝ nunq̃ reuerſurũ
ꝑdixit: ⁊ vt ꝑdixerat ſic euenit. Deīde apud pa
rentiũ tria monaſteria fundauit: vbi dudũ ma‑
nēs ipſum diuina pietas ad ſumme ꝑfectionis
apicem prouexit. Ibiqȝ ordinē deo viuēdi fra‑
tribus ſuis circũquaqȝ poſitis ſpiritu dei docē
te dictauit ⁊ miſit. Inde diſcedēs nauē intra‑
uit tempeſtatēqȝ maris grauiſſimā cũctis iam
periclitātibus ⁊ de ſalute deſperātib⁹ ſua ora‑
tione ſedauit: veniẽſqȝ ad biſurcum monaſte‑
riũ eorum vitam aliquantulũ laxatam ad ardua
et vtilia ducere curauit. ¶ Poſt hec in camerti‑
no ſolo cenobium nobile conſtruxit: in eiſdēqȝ
partibus monaſteriũ puellarũ ꝯdidit. Deinde
in regione vrbis veteris aliud monaſterium fa‑
bricauit: ⁊ multos monachos cōſtituit. In quo
filius guidonis comitis lōgo tēpore in ſancto
ꝓpoſito vixit: ⁊ carnis ſoluto debito miraculis
claruit: inter que cecum illuminauit. ¶ Deinde
romualdus audiēs ꝙ bonifacius eius diſcipu‑
lus martyriuȝ paſſus eſſet: paſſionis deſiderio
fragrās cũ vigintiſex ex fratribus ſuis vſqȝ pā
noniam perrexit: ſed ibi lāguore percuſſus vo‑
lũtate dei cōpulſus plures nobiles monachos
acquiſitos rediēs ſecũ adduxit: ⁊ ad mōaſteriũ
vrbis veteris remeauit: vbi multas ꝑſecutiōes
a ſuis fratribus pert[...]it. Inde diſcedēs apud
caſtruȝ maximianũ monaſteriũ aliud fundauit:
Et inde per claſſeñ. locuȝ parentiũ nauigauit:
Reuocatus aũt ꝑ nũciũ aplice ſedis ad italiā
repedauit: veniēſqȝ ad montē caleñ. ⁊ petranũ
in vtroqȝ cellas erexit: lociſqȝ plurib⁹ ꝑagratis
per vallem de caſtro ⁊ montē apēninum in loco
qui dicit̃ aquabella locũ aliuȝ conſtruxit: vbi ⁊
quendā preſbyterũ a dolore dentiũ grauiſſimo
liberauit. ¶ Cum aũt apud camalduẽñ. mona‑
ſterium quod ipſe tunc caput ordinis conſtrui
faciebat: fagus maxima in edificiũ cederet: du
bitantibus cũctis ne fagus inciſa cellā opp̃me
ret: orātibuſqȝ ſanctũ vt ex cella abiēs periculũ
euitaret: ipſe inde diſcedere noluit: ſed ruentē
arborē verſus cellam ſigno crucis alioꝛſum con
tra naturaȝ cadere coegit. ¶ Ilex quoqȝ nimie
magnitudinis in ipo opere precidit̃ur: qua per
montis deuextũ corruēte raptus ab ea ruſticus
ad inferiora rotat̃. Sanctũqȝ inuocās in mon‑
tis radice incolumis inuenit̃. Deinde venit ad
montē ſutrij: vbi celebrās in extaſim rapitur: ⁊
ſpiritus exponēdi pſalmos tunc ſibi diuinitus
infundit̃: vbi per ſeptenniũ continuũ ſilentiuȝ
nunq̃ ſoluit: ⁊ multa miracula oſtēdit. ¶ Fra‑
trem gregoriũ ſolũmodo inſufflās a dolore ca‑
pitis ſanauit: et a ſcabie vlceroſa ter ipm aqua
ſola perfundēs mũdauit. ¶ Virũ aliũ deoſcu‑
lans ab inſania capitis liberauit. Spiritũ pro‑
pheticum habere in multis oſtēdit. ¶ Diſcipu‑
lum quē malignus inuaſerat ſpũs ob id ſolum
quia eo abſente nō petita licētia lectũ ei⁹ aſcē‑
derat: ab infeſtatiōe eripuit. ¶ Vxorē cuiuſdā
que virũ quem ſanctus cōuerterat: ab ingreſſu
ordinis prohibebat: porrecta ei buccella panis
benedicti adeo pacauit q̃ virum exinde in pa‑
ce dimiſit. Puerũ aliũ a demone vexatum obla‑
to ei pane benedicto liberauit. ¶ Poſt hec ab
henrico imperatore de vltra mari reuertēte lo‑
cum monaſterij conſtruẽdi in monte amiato vt
petijt impetrauit: vbi monachos multos fecit.
¶ Reuerſus ſutriam dũ piſcibus pro ei⁹ aduē
tu carerēt: quidam frater in ſtagno paruiſſimo
vbi nunq̃ piſcis viſus fuerat hamum miſit: ⁊ pi
ſcem mox adeo magnũ cepit: ꝙ ipo die cunctis
ad eſum ſuffecit: per annos viginti obitũ ſuum
⁊ locũ finis ſui per ſpiritũ fratribus predixit.
Et veniēs ad monaſteriũ vallis de caſtro egro‑
tare cepit: ⁊ ad extrema deueniēs ſumpto viati
co a carne migrauit. xiij. kalen. iulij: etatis ſue
exactis annis. cxx. Ex quibus. xx. cōſumpſit in
ſeclo. iij. in monaſterio claſſis. Reliquos in he
remitico ꝓpoſito. Sepultuſqȝ iacet in valle de
caſtro: vbi ⁊ copioſe miraculis fulget.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ De ſanctis Johãne ⁊ benedicto: martyribus. Cap.cxxix.



Iohannes ⁊ benedictus martyres monachi camalduenſ. ordinis fuerunt ⁊ diſcipuli romualdi. Qui iuſſu othonis imperatoris ab eodẽ abate ad buſcalũ regẽ ad ꝑdicandũ miſſi ſunt: eo ꝙ ipſe predicatores fidei ſibi petierat deſtinari. Quos idem rex in heremo aliquo tꝑe ſuſtentauit: donec linguã ſclauonicã didicerũt. Qui predicãtes regem cõuerterũt ⁊ baptizauerunt. Quos rex rogauit: vt pape plurima dona deferrẽt: et ſibi coronã conſecratã de manu pontificis apportarẽt. Quod illi recuſantes facere dicẽtes ꝙ ſibi ſecularia negocia tractanda omnino nõ liceret ad cellã reuerſi ſunt. Sed quibuſdã qui regis votũ agnouerãt putãtibus: ꝙ magnã auri ſummã ſecũ haberẽt: inſecuti in cella eorum ſunt iugulati: ⁊ theſauro requiſito: nihil ab eis inuẽtum eſt. Tunc illi facinus palliare volẽtes cellam incenderũt: vt cõbuſtis corꝑibus ipſi innoxij crederentur. Sed dei virtute cella cõbuſta corꝑa oĩno intacta ꝑmãſerũt. Ipſi vero fugere volẽtes: ſe inde mouere nullaten⁹ potuerũt. Ubi vero ſanctorũ iacebant cadauera; nocte apparebat lux immẽſa ⁊ angelorũ audiebat̃ cãtilena. Rex vero hec audiens ad locũ acceſſit: ⁊ occiſores adhuc ibi inuẽtos cepit. Dũ aũt cogitaret qualr̃ eos puniret: ad ſepulchra martyrũ vinciri iubet: vt ſi eos de⁹ puniri vellet: in vinculis miſerabiliter deficerent. Sin aliter ſanctis martyribus placeret: eos mirabiliter abſoluerent. Ducti ergo ad tumulum dei virtute fractis nexibus abſoluti ſunt: ⁊ penitẽtes vitã heremiticam duxerunt. Rex quoq; ſuꝑ ſanctorum corpora baſilicã edificauit ⁊ ex proprijs bonis dotauit: vbi eorum ſeruant̃ corꝑa miris redolẽtia ſignis.

¶ De ſancto nouato diſcipulo. Cap.cxxx.

Nouatus diſcipulus fuit illuſtriſſimi generis vrbis rome pudẽtis diſcipuli pauli apoſtoli filius ⁊ frater timothei pr̃ſbyteri: quorum ſorores fuerũt ſctã potentiana: de qua ſupra actũ eſt .xiiij. kalen. iunij. ⁊ praxedis de qua infra dicet̃ .xij. kal̃. auguſti. Hic cum patre pudenti multos paupes xp̃ianos in domo ſua refouebat. Qui eo viuẽte adhuc per mẽſes plurimos egritudine valida detent⁹ a beato papa pio familiariter viſitatus ⁊ ab eodem cõfortatus: diuinis ab eo perceptis ſacramentis poſt dies .xiiij. eo preſente in pace quieuit .xij. kalẽ. iulij. Sepultus in paterno tumulo: vbi poſtmodum pater cũ ſororibus conditi ſunt.

¶ De ſancto Silueriо papa ⁊ martyre. Cap.cxxxi.



Siluerius papa ⁊ martyr natione cãpan⁹ ex patre hormiſda põtifice romano agapito primo pape in ep̃atu vrbis ſucceſſit: ⁊ ſedit annũ vnũ; menſes quinq;. Hic prim⁹ poſt beati ſilueſtri tempora ſine imꝑiali aſſenſu gothorum manu eſt ſublimatus ep̃s. Theodatus ſiquidem gothorum rex tunc rome degens: talem indixit clero timorẽ: vt qui non conſentiret electioni eius: gladio puniret̃. Hunc theodora auguſta vxor iuſtini imperatoris rogauit pro artemio patriarcha heretico ab eius predeceſſore depoſito: vt eũ reſtitueret dignitati. Qui voluit conſentire. Quapropter indignata auguſta miſit per vigiliũ archidiaconum romanũ: quẽ cõſtantinopolim papa pro legatione miſerat: ad beliſariũ patricium in italia cõſiſtentem vt contra papã occaſionẽ inueniret: quatenus de ep̃atu deponeret̃. Qui teſtes falſos ſubduxit: ꝙ ſiluerius regi gothorum ſcripſiſſet: quatenus ad portam aſinariam lateranẽſ. romã veniret: ⁊ ſibi beliſariũ patricium traderet. Qua de re patricius eũ depoſuit: ⁊ vigilius archidiaconus ipm̃ veſte monaſtica induit: ⁊ iubente beliſario in pontianos ad exilium deſtinauit: vbi pane tribulationis ⁊ aqua anguſtie ſuſtentatus: poſt dies aliquot mortuus eſt: ⁊ ſepultus martyrio coronatus .xij. kal̃. iulij: vbi multitudo male habentium ſalui facti ſunt. Hic fecit ordinationem vnã per menſem decembris preſbyteros .xij. diacones .v. epiſcopos per diuerſa loca numero .xx. Et ceſſauit epiſcopatus dies .xi. cui vigilius eius archidiaconus qui ipm̃ relegauerat in ep̃atu ſucceſſit.

¶ De ſancto albano martyre. Cap.cxxxij.



Alban⁹ martyr: vt ait beda primo libro hyſtorie anglorum paſſus eſt in britãnia tẽpore Diocletiani et maximiani imperatorum. Qui dum adhuc paganus eſſet: ⁊ clericum quẽdam chriſtianum perſecutores fugientem in fidem ſuã hoſpitio ſuſcepiſſet pietate ſola permotus: eiuſ vite ⁊ exemplo ſanctiſq; monitis factus eſt chriſtianus. Cum autem gentiles clericum: qui ad ſe confugerat quererent. Albanuſq; ſeipſum ꝓ magiſtro ⁊ hoſpite obtuliſſet: ab eiſdem capt⁹ ⁊ ad iudicem ductus eſt. Dumq; chriſtum confiteri non timuiſſet; diutiſſime ceſus decollar̃

ſubetur. Quem populo predilectum ad martyrium accedentem ſecuta eſt pene tota ciuitas: pontemqꝫ fluminis occupauit: qua tranſire debebat: vt ſic eius mortem retardarent: vel tota liter impugnarent. Sanctus vero deſiderio paſſionis acceſus orauit: moxqꝫ aqua fluminis ſubſtitit: ⁊ ipſe per ſiccum alueũ vna cum perſecutoribus tranſiuit. Quo viſo miraculo miles qui ipſum decollare debebat conuerſus eſt. Albanꝰ vero montem trans flumen poſitum aſcendens: oratione fuſa fontem de petra produxit: qui ibidem in teſtimonium eius martyrij vſqꝫ in preſens manat. Ibi igitur vna cum cõuerſo milite decollatus eſt. Sed illo in terram cadente oculi percuſſoris de eius capite pariter ceciderũt. Sepultus eſt autem in ciuitate verlanio: que ab anglis dicitur verlonia: ſeu verlingaceſter. Poſt cuius martyrium paſſi ſunt aaron ⁊ iuliꝰ legionum vrbis ciues ⁊ alij plures vtriuſqꝫ ſexus cõuerſi ad deũ ꝓpter miracula in eius paſſione oſtenſa: qui paſſus eſt. xi. kalen. iulij.

¶De ſanctis Albano epõ ⁊ ſocijs martyribus. Cap. cxxxiij.



Albanus epiſcopus ⁊ vrſus clericꝰ martyres cõites fuerũt ſancti theoniſti epiſcopi: vt infra dicet in eius paſſione. x. kal. decẽbris. Qui cũ eodẽ ⁊ diſcipulis eius tabra ⁊ tabrata a philippẽſibꝰ inſula nauſia egreſſi romam ſecum acceſſerunt: ⁊ oratiõe facta mediolanum abierunt: ſuſcepti honorifice a ſancto Ambroſio epiſcopo ⁊ theodoſio imperatore tunc ibi degente. Inde ad gallias predicando tranſeũtes: dum auguſtam ciuitatem deueniſſent. Sanctus vrſus a paganis comprehenſus per multa tormẽtorum genera martyrium paſſus eſt. Theoniſtus vero cum Albano tabra ⁊ tabrata diſcipulis ſuis venit ad regem roſimundum: qui eos miſit ad Paulinum epiſcopũ treuerenſis. Indeqꝫ nauigio maguntiam adierũt: vbi dum predicaret Albanus a gentilibus tentus ⁊ flagellatus. Nouiſſime gladio ceſus eſt. Horum duorum martyrum corpora ad prouinciam venetie tranſlata in loco qui dicitur buranum iuxta mare ſitum torcellaneñ. dioce. tumulata ſeruantur. Ibiqꝫ ⁊ corpus iacet tertij martyris dominici monachi: qui in iſtorum paſſione non reperiatur ſpecialiter nominatus: ab incolis tamen ipſius loci conſocius Albani ⁊ vrſi fuiſſe dicitur: ⁊ cum eiſdem pro xpi nomine creditur martyrio coronatus. Paſſio horũ martyrum ibidẽ agitur. xi. kal. Julij.

¶De ſancto Euſebio epiſcopo ceſarieñ. Cap. cxxxiiij.



Euſebiꝰ pãphili: cui pamphilꝰ martyr adeo amicitia cõiunctus extitit: vt ab eo cognomen ſortiatur: vt dictũ eſt ſupra in paſſione pamphili martyris kalẽ. iunij. Hic epũs ceſarieñ. fuit: ⁊ ſanctitate ac ſapiẽtia inſigniter claruit: multaqꝫ opuſcula diuina cõpilauit. Super geneſim libros. xx. cõpoſuit. Diuerſarũ rerũ libros. xxv. Eccleſiaſtice hyſtorie libros. ix. Chronicorũ canonũ hyſtoriã ⁊ eorum epithoma. Euangeliorum diaphoniã: ⁊ eorum canones. In iſaiam lib. x. Cõtra porphiriũ lib. xxv. In quor. xviij. xix. ⁊ xx. accuratiſſime reſpondet ei cõtra danielẽ ꝓphetã ſcribẽti. Topicorũ lib. i. Apologiarũ ꝓ origene lib. vi. De vita pamphili martyris lib. iij. De martyribꝰ quedam opuſcula. In. cl. pſ. inſignes edidit cõmẽtarios. Chronographiam terre iude: ⁊ diſtinctas tribuũ ſortes. Libellũ vrbium: montiũ: fluuior: valliũ: vicorũ: ⁊ diuerſorũ locor terre ſancte: que ſacra ſcriptura cõplectit. Scripſit ⁊ librum chronicũ de tꝑibus a principio mundi inchoans ad tempora vſqꝫ ſua declinans. Diocletiani atqꝫ cõſtãtini primi tꝑibus micãs. Humanitatis in pace ſoluit debitũ. xi. kal. Julij. Hec hieronymꝰ libro de viris illuſtribꝰ: ⁊ ex martyrologio adonis ⁊ vſuardi.

¶De ſctã demetria vgine ⁊ mar. Cap. cxxxv.



Demetria virgo rome exorta filia fuit fauſtini et darfoſe ⁊ ſoror martyris bibiane: vt ſupra ĩ paſſione bibiane ſcriptuz legit. iiij. noñ. decẽbris. Hec cũ ante impijſſimũ impatorẽ iulianum detenta ꝓ fide xpi introduceretur in cõfeſſione domini emiſit ſpm. Sepulta a iohãne preſbytero iuxta matrem et germanã apud palatiũ lucinianũ. xi. kal. iulij.

¶De ſancto leufredo abbate. Cap. cxxxvi.

Leufredus abbas claruit tẽpore iuſtiniani imperatoris ſecundi. Qui parentibus xpianis pago eboraceñ. ortus relicto ſeculo prope vrbem in parua cellula morabatur. Sed a deſiderio epõ propter inuidiam eo ꝙ in eius dioceſi ſe incluſiſſet: ipſius licentia non petita tentus eſt: ⁊ in equo contra votum ſuum leuatus: eo ꝙ nunqꝫ equum aſcẽdere propoſuiſſet ad ciuitatem adductus eſt: cõtra quem epũs inquirere diſponebat. Statimqꝫ vt ad epatũ peruenit equi viſcera: cui ſerũs inſidebat: dirupta ſunt; ⁊ in terrã

cū equo pariter ceciderunt. Quod ep̄s videns
ab eo veniam petijt: ipſumqꝫ in pace dimiſit.
Qui pater poſtmodum factus eſt plurimū mo-
nachorum: qui ⁊ miraculis claruit. Nam giſle-
nādum monachū a diabolo vexatum liberauit:
eiqꝫ baculū ſuum pro ipſius tutela dimiſit. Dū
igne maximo ſubito accenſo cenobium confla-
graret: orationem fudit: ⁊ mox ventus validus
ex oppoſito inſurgens a monaſterio flammas
excuſſit: multis quoqꝫ alijs clarus virtutibus
in pace quieuit. xi. kalendas iulij.

¶ De ſctis Decē milib⁹ mar. Cap. cxxxvij.



DEcem milia martyres apud alexandriā ſub Adriano et antonio paſſi ſunt. Cum enim
agareni et euphratenſes ro-
mano imperio rebellaſſent.
Adrianus et antonius impe-
ratores qui in partibus ale-
xandrie degebant nouem mi-
lia milites contra eos dirigunt: eiſqꝫ acaciū pri-
micerium ⁊ heliadem ducē perficiūt. Cū autē
romanorū militia multitudinē aduerſariorum
conſpexiſſent perterriti terga verterunt. Et ſci-
ſcitantes adinuicē cur tantus eos tremor in-
uaſiſſet: putātes ꝙ dij contra eos indignati fo-
rent: eo ꝙ illis ſacrificare neglexiſſent: accedē-
tes ad ſimulacra ſacrificia obtulerunt: irruen-
tibus hoſtibus adhuc maiori formidine repli-
ti ſunt: conciti quoqꝫ ſe in fugam dederūt. Qui-
bus angelus dn̄i apparuit: qui in ſpecie iuue-
nis eos alloquens deos gentiū eſſe demones
aſſeruit: ⁊ hec illis bis cōtigiſſe affirmauit: eo
ꝙ vanoꝝ deorū ſuffragia poſtulaſſent. Qd̄ ſi in
xp̄m credere vellent victoriā ex hoſtibus obti-
nerent. Quibus vnanimiter ſe velle credere re-
ſpondentibus angelus diſparuit. Sequēti die
xp̄m in ſui adiutoriū expoſcunt in hoſtes impe-
tum faciunt: ⁊ angelū qui pridie illis apparue-
rat exercitū eorum precedentē cernunt: barba-
ros viriliter cedunt: in fugam vertunt: et mul-
tos fugientes in lacū ſe necare compellūt. Ob
tātoqꝫ triumpho angelus dn̄i deduxit ſanctos
ad verticē montis ararath longe ab alexandria
per quingenta ſtadia poſiti: imperatoribus tūc
in alexandria conſtitutis. In quorū medio an-
gelus ſedebat ⁊ eos de fide xp̄i plenius inſtrue-
bat. Ilico autē celi aperti ſunt: ⁊ alij. vij. ange-
li viſibiliter ad eos deſcendūt: omniaqꝫ illis fu-
tura predicūt ⁊ ad martyrij paſſiones cōſtātes
efficiūt. Quib⁹ ab eoꝝ ablatis oculis ſcti mar-
tyres vnanimiter in Xp̄i fide ⁊ amore fundati
xxx. diebus in monte pſtiterūt orātes nullo pe-
nitus cibo corporeo ſuſtentati. Imꝑatores aūt
admirātes cur ad illos habita victoria nō redi-
rent: ad eos ꝑquirēdos mittūt: eoſqꝫ xp̄ianos
effectos audierūt. Statimqꝫ ſeptē regibus cir-
cūſtantiū regionū epiſtolas dirigunt: vt ad eos
cum ingenti exercitu feſtinarēt ad nouoꝝ chri-
ſticolarum exterminiū faciendū. Regib⁹ igit
cum feſtinatione cōgregatis imperatores nun-
cios ad ſanctos dirigūt: eoſqꝫ corā ſe accerſiri
faciunt. Qui oratione p̄miſſa ſe mutuo confor-
tātes voce delapſa celitus roborati: corā impe-
ratoribus comparere feſtinarūt intrepidi. In-
terrogatiqꝫ ab eis cur poſt triumphū nazareno
crucifixo adheſiſſent: ⁊ auguſtoꝝ leges p̄terire
nō timuiſſent. Acacius ore omniū reſpondens
omnia que illis euenerāt: enarrauit: ⁊ chriſtū
dominū voce publica p̄dicauit. Omnes quoqꝫ
milites xp̄m ſolū deum verum acclamare cepe-
rūt. Et cū imperatores cōminarent: ꝙ omnes
penas quas crucifixus pertulerat: illos experi-
ri facerent. Unus ex collegio martyrum nomi-
ne acatius campi ductor ſe beatos fore reſpon-
dit: ſi necis ⁊ paſſionis dn̄i mererent eſſe con-
ſortes. Clamātibus aūt populis gentiliū con-
tra eos: ⁊ illis econtra xp̄m viua cōfitentibus
voce: populi furore moti in eos lapides miſe-
runt: eoſqꝫ lapidare ceperūt. Sed chriſti vtute
lapides in facies iacrantiū vertebant: ⁊ pluri-
mi ex gētilibus mactabant: ſanctiqꝫ martyres
a lapidibus minime tangebant. Quod cernen-
tes imperatores: ⁊ hoc magicis virtutib⁹ aſcri-
bentes: eos ſcorpionibus flagellari iuſſerunt.
Et cum diutius cederent: vnus illorum iuuen-
culus nomine draconarius parūper in verberi-
bus deficiens ad acatiū ſe cōuertens: eius ex-
hortationem poſtulabat. Quem poſtꝙ acatius
confortaſſet: timēs ne aliquis ex collegio in fi-
de forſitan ꝓpter flagella titubaret: orauit ad
dominū: vt eos ab ipſis tormētis erueret. Sta-
timqꝫ facto nimio terremotu manus ⁊ brachia
cedentium aruerūt. Quo viſo miraculo magi-
ſter quidam militū theodorus nomine cum
ſuis militib⁹ mille cōuerſus eſt: qui ſe chriſtia-
nos ꝓfitentes ad nouē milia martyres ſe con-
tulerūt. Tunc imperatores irati iuſſerūt appor-
tari clauorum multitudinē trigonoꝝ: ⁊ per vi-
ginti ſtadia ſpargi: vt ſuper eos ſcti nudis pe-
dibus ambularēt. Quod cum fieret angeli do-
mini martyres precedebāt: ⁊ clauos leuantes
in vnū coaceruabāt. Imperatores vo illos an-
gelos deos fuiſſe putabāt: ꝓpter quod adhuc
magis martyres ad ſacrificia ſuadebant: eo ꝙ
dij illorum miſerti: eos a tali clauorū periculo
liberaſſent. Sed cū tā primi nouē milia ꝙ alij
mille ſuperadditi ſolum verū deum crucifixū
clamarēt. Iuſſerūt auguſti: vt oīa crucifixi tor-
menta quē predicāt experiant in eis. Sicqꝫ co-
rone ſpinee eoꝝ capitibus imponunt: ⁊ lāceis
latera perforant: ⁊ vt olim chriſtus a iudeis ſic
ſancti a militibus ſibi genuflectentib⁹ illudū-
tur. Qui hec conſtantius tolerantes ſanguine
eorum ꝓprio frontes tingebant in myſterio ba-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

priſinatis quo carebant. Tunc de cõſilio regis ſaporis ſancti martyres in crucibus configi iubentur. Et comitantib⁹ illos omnibus populis ad montem ararath ab exercitu deducuntur: ⁊ ibidem hora tertia crucibus figuntur. Beatus ꝟo acatius in cruce pendẽs pẽdentes ſimiliter ſocios hortabatur: ⁊ ſymbolum fidei catholice ꝯfitebatur: vt aũt ſanctorum paſſio per oĩa dominice paſſioni ſimilis eſſet: miracula que moriente domino apparuerunt: innouata ſunt. Nã ⁊ hora ſexta vſqꝫ ad horã nonã ſol obſcuratus eſt: terremot⁹ ingens factus eſt: ita vt plurima edificia ruerent: ſaxa etiam et parietes multi conſciſſi ſunt obſtupentibus vniuerſis. Sancti ꝟo martyres ad dominum orauerunt: vt cuncti eos in quacũqꝫ neceſſitate inuocantes petitionis ſue a domino conſequerentur effectum: et vigiliam paſſionis eorum cum ſilentio ieiunantes indulgẽtie ꝓ peccatis mererent̄ percipere annũ vnũ. Statimqꝫ voce de celo lapſa ad eos ad celeſtia regna ꝑcipienda vocant̄: ⁊ eoꝝ petitiões exaudite in oĩbus nũciant̄. Poſt modicũ ergo facta hora nona totũ montẽ lux maxia circũfulſit. Sancti quoqꝫ martyres magnis vocibus ſuos in man⁹ dñi ſpũs cõmendãtes aĩas emiſerunt. Corpora ꝟo illorũ ab angelis de crucibus depoſita diuina diſpoſitione in ipo monte ſepulta ſunt. Qu paſſi ſunt. x. kalen. iulij.

¶ De ſctõ Paulino epõ ⁊ cõfeſ. Cap. cxxxviij



PAulinus eps nolane ciuitatis campanie tempore vandaloꝝ claruit. Cum eñi tota fuiſſet ipa prouincia a vandalis irruẽtibus depopulata: mlti qꝫ de ipa terra ĩ aphricã adducti captiui fuiſſent. Uir dñi paulin⁹ cũcta que habere potuit captiuis indigẽtib⁹ miſit. ¶ Cũ aũt vidua quadã ad eũ veniſſet: ⁊ filiũ ſuũ vnicũ a regis vandalorũ genero in captiuitatem adductũ fuiſſe diceret: ⁊ a viro dei preciũ aliquod ꝓ redẽptione poſtularet. Illeqꝫ q̃d daret nihil penit⁹ haberet: petẽti femine ſeipm obtulit: eidẽqꝫ benigne reſpõdit: vt ſe ſecũ ad aphricã ductũ ſeruũ ſuũ eẽ aſſereret: ipmqꝫ ꝓ ſuo filio apd̕ regis generũ cõmutare: cũ ſe in eius ſeruitio manſuruꝫ pro redimendo filio paratũ diſponeret. Quod illa ex ore tanti viri audiens: irriſionẽ potius credidit ꝙ compaſſionẽ. At ille vtpote eloquentiſſimus: ⁊ ad plenũ diuinis ſtudijs erudit⁹: dubitanti femine ꝑſuaſit citi⁹: vt audita crederet: ſeqꝫ ꝓ filio redimẽdo in ſeruũ tradere nõ timeret. Perrexerunt igitur vtriqꝫ ad aphricaꝫ. Et p̄io quidã regis genero vidua ſupplicauit: vt filiũ ſuũ ſibi gratis donaret. Quod vir barbar⁹ ne dũ facere renuit: ſed inſup audire deſpexit. Cui cũ vidua ſubiũgeret: vt filiũ ſuũ redderet: ⁊ ꝓ ipſo vicariũ hoiem illũ acciperet. Illeqꝫ venuſti vult⁹ hoiem cõſpexiſſet: interrogauit eũ: quã artẽ noſcet. Cui vir dñi hortũ ſe colere noſce poptime dixit. Quod vir gẽtilis gratum habuit: ipmqꝫ in ſeruũ ſuſcepit: ⁊ rogãti vidue filiũ reſtituit. Quo accepto inde diſceſſit: ⁊ paulinus horti colendi curã ſuſcepit. ¶ Cũ autẽ dñs ſuus crebro hortũ ingrederet̄: ſuũqꝫ hortulanũ quedã req̃reret: ⁊ ſapientẽ hoiem eẽ videret: amicos deſerẽs cum eo ſepius colloquens ipſius cepit ſermonib⁹ delectari. Cui paulinus quotidie ad mẽſaꝫ virẽtia deferebat: ⁊ accepto pane ad horti curã remeabat. Die aũt q̃daꝫ ſuo dño ſecretius ſecũ loquẽti predixit: vt ſe circa regni regimẽ ꝓuideret: eo ꝙ rex citius moriturus eſſet: ipſeqꝫ eideꝫ maſculina prole carenti ſucceſſurus foret: ꝙ ille regi nũciare curauit: ⁊ ꝙ hec ab hortulano audiſſet aperuit. Rex ꝟo ipm videre poſtulauit. Cui gener reſpondit: ꝙ ille eſſet qui ſibi ad prãdiũ herbas ex more portaret. Factũqꝫ eſt cuꝫ rex ad prandiũ diſcubuit paulinus olera virentia delaturus venit. Cũqꝫ hunc rex ſubito cõſpexiſſet intremuit: accitoqꝫ genero ei verũ eſſe quod audiuiſſet aſſeruit. nã vt dicebat ipa nocte in ſomno ſedẽtes ꝓ tribunali contra ſe iudices: viderat inter quos paulinus cõſedebat: ⁊ flagellũ quod aliquãdo acceperat: eoꝝ ſibi iudicio tollebatur: impoſuitqꝫ vt interrogaret q̃s eſſet: quia ipm popularẽ minime exiſtimaret. Tunc regis gener ſecreto paulinũ quis eſſet magnis ꝯiurationibus inq̃ſiuit: tandẽqꝫ illum epm eſſe cõparuit: ⁊ quicq̃d peteret ſibi liberaliter obtulit. Uir autẽ dñi ab eo poſtulauit: vt oẽs cõciues ſuos captiuos relaxaret. Cunctiqꝫ illi ꝓtinus in aphrica requiſiti cũ onuſtis frumento nauibus ꝓ venerandi viri paulini ſatiſfactiõe in ei⁹ comitatu laxati ſunt. Poſt modicos ꝟo dies rex vandaloꝝ occubuit: et vt paulinus predixerat: gener eidẽ ſucceſſit. Sicqꝫ factum eſt: vt qui ſe ſolum in ſeruũ tradiderat: cum multis a ſeruitio ad liberalitatẽ rediret. ¶ De cuius etiã morte ſcribitur: ꝙ cum dolore fuiſſet lateris tactus ad extrema deductus eſt. Dũqꝫ domus eius in ſua ſoliditate ꝑſiſteret: cubiculũ in quo iacebat eger facto terremotu contremuit: oẽſqꝫ aſtantes nimio terrore concuſſit. Sicqꝫ ſctã illa aĩa carne ſoluta eſt. x. kal̕. iulij. Sepultuſqꝫ q̇eſcit in eccl'ia ſua. Hec Gregorius. iij. dialog. ca. pmo. Hic vir ſapiẽtia clarus multa volumĩa cõpilauit. Beati eñi ambroſij vitaꝫ ſcripſit ad augu. Item vitam beati felicis. Ad theodoſium ſecundũ ſcripſit panegiricum ſuper victoria tyrannoꝝ. Ad ſororẽ epiſtolas plurimas de cõtemptu mundi. Item de diuerſis cauſis diuerſas diſputationes et tractatus. Uolumen etiã de penitentia: ⁊ de generali omniũ martyrum laude inter opuſcula ſua precipuũ. Multa ꝟſu breui ſcripſit ad celſum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitaphium etiam vite conſolatorium. Libellum ſuper morte chriſtiani ⁊ baptizati infantis ſpe chriſtiana monitum. Epiſtolas plures ad ſeuerum. Sacramentorum etiam ⁊ hymnorum. Item epiſtolas ad delphinum: amādum: victricium: aprum: florentium: euſebium: ⁊ vicentiū. Hec gēnadius de viris illuſtribus.

¶ De ſancta Hildegarde v̄gine. Cap. cxxxix.



Hildegardis virgo in alamanie partibus admirabilis fuit ꝓuecte etatis tpe cōradi imperatoris. Que quinquēnis a parētibus deo ad ſeruiendum tradita eſt: et in monaſterio commendata. A quo tempore vſqꝫ ad obitum ſuum ieiunijs ⁊ orationibus intēdens miras viſiones habuit: ⁊ ſpiritum propheticum a domino percepit. Et cum laica prius monialis ⁊ illitterata fuiſſet. Nam nihil de ſcripturis excepto pſalterio didicit: mirabiliter tamen rapta diuinitus imbuit: non ſolum quod verbis effunderet: ſed etiam ꝙ ſcribendo latine dictaret: ac dictando catholice veritatis libellos conficeret. Hec enī fuit fundatrix ⁊ magiſtra monaſterij ſancti roberti quod apud pinguiā ſitum eſt. Cui etiā multa epī epiſtolas direxerunt: ⁊ ab ea remiſſiuas ſuſceperūt. Precipue tamen tres romani pontifices ſuas beate hildegardi charitatiuas litteras miſerunt: ſcꝫ Eugenius: anaſtaſius: ⁊ adrianus: huic etiam ſcripſit ep̄lam btūs bernardus. Que de iuſſu pape Eugenij omnia que de antixp̄i temporibꝰ prophetauerat ſcripture mādauit. Cuius etiam libelli ab eodem pōtifice in concilio treuerē̄. approbati ſunt. Scripſit autem epiſtolam de temporibus futuris. Initians ab anno domini. M.c. protēdēs vſqꝫ ad finem ſeculi: multa ⁊ mira in eodem arcana futura predicens. Que ſanctis operibus plena: quieuit in pace x. kalen. iulij. Sepulta in ſuo monaſterio quod rexerat ānis circiter. xl. vbi ⁊ miraculis fulget.

¶ De ſancto Nicea epō. Cap. cxl.

Niceas epiſcopꝰ romatiane ciuitatis ſanctitate et morum honeſtate cōpoſitus: ac doctrina ſublimis ⁊ facūdia p̄clarus apparuit. Qui ſex ad baptiſmum venientes cōpetentibus inſtructionibus informans libellos edidit. Quoꝝ primus cōtinet quid agere debeāt: q̄ ad baptiſmi grāꝫ venire cupiūt. Scd̄s de gētilitatis erroribus. Tertiꝰ de fide vnice maieſtatis. Quartꝰ aduerſus genealogiā. Quintus de ſymbolo. Sextus de agni paſchalis victima. Ad lapſam etiam virginem libellum emendationis omnibus inſignem laudibus miſit: quieuit autem in domino x. kalē. iulij. Hec gēnadius de viris illuſtribus.

¶ De ſancto iuliano martyre. Cap. cxli.



Iulianꝰ martyr iuuēculus annorū xviij. in flauiade ciuitate paſſus eſt tpe decij ceſaris ſub preſide martiano: quē p̄ſes detentū ad ſacrificia ſuadebat: ⁊ ſacrificare abnuētem fuſtibus cedi iuſſit. Iterūqꝫ in equuleo leuatū grauiter flagellari: deinde depoſitū in carcerē mitti fecit. Et aſclepiodora matre iuuenis accerſita hortabatur illā preſes: vt filiū ad deoꝝ immolationē ſuis exhortationibus induceret. Que triū dierum inducias poſtulauit in quibus mater filiū in xp̄i confeſſione corroborabat. Elapſo vō triduo cum iulianus iuſſu p̄ſidis educꝰ de cuſtodia dijs ſacrificare cōtēneret: fecit p̄ſes adduci ſaccū cū ſerpentibus ⁊ arena martyrēqꝫ xp̄i in ipſo cōſui: ac in pelagus mitti: vt ſic tā aquarum prefocationibꝰ: q̄ ferarū morſibus interiret. Cuiꝰ corpus ab vndis iactatū ad inſulā: q̄ dr̄ ꝓconeſſus: a xp̄ianis ibidē habitātibꝰ inuētū in mōte ipius terre ſepultū eſt: vbi multo tēpore ſine aliqua veneratiōe qeuit. Poſt multos vō annos eſtatis tpe maris ꝓcella intumeſcente: pars mōtis vbi arca ſita fuerat a mare diruitur: ⁊ arca ſaxea in mare mittit̄: qua diuino nutu ſup ꝓcellas enatās abvndas ad portū ariminē̄. ciuitatis adducit̄: ⁊ in littꝰ iactat̄. Qd̄ ciues admirātes: qui ad portū venerāt: luce ſup infuſa arcā ſup aquas natare cōſpexerāt: tumulū cū ſacro corpe plauſtro impoſuerūt: ⁊ ad eccleſiā maiorē illud deferre volentes: ip̄m inde amouere nullatenus potuerūt: ſed neqꝫ arcam aperire aliqualiter valuerūt. Tādē poſt dierum pluriū oratione ⁊ ieiunia iohānes abbas monaſterij ſancti petri extra ciuitatē ſiti: ſepulchrū cū corpe eiꝰ vehiculo impoſitū faciliter mouit: ⁊ ad eccleſiā ſuā adduxit. Et patefacto leuiter tumulo corpus ſcti iuliani martyris vna cū veſtibus oīno incorruptū inuenit. Paſſionis quoqꝫ epitaphiū cōſcriptū ibidē repertū corā oībus legit. Erātqꝫ in ipa arca. vij. capita martyrum ignotorū. In ipo igit̄ loco corpꝰ cū arca depoſitū ad p̄ſens vſqꝫ qeſcit: q̄ paſſus ē. ix. kal. iulij.

¶ De ſctā edeltrude regina ⁊ virg. Cap. cxlij.

Edeltrudis regina virgo ſacra: vt ſcri. ſigbertꝰ: āno. xiiij. cōſtātini iunioris in anglia claruit: q̄ duobꝰ nupta viris (qd̄ dictu mirū eſt) v̄go p̄māſit. De hac beda li. de geſtis angloꝝ. xiiij. di. ꝙ fuit filia anne regis oriētaliū angloꝝ xp̄aniſſimi. Et prio quidē vxor godeberthi pricipis au

ſtraliū giruiorū fuit: cū quo in ỽginitate pſeuē
rauit. Quo mortuo coacta ꝑ patrē ceford regē
maritū accepit: ꝛ hūc ad tantā pudicitiā incita
uit: vt. xij. annis ſecū in cōiugio manēs: illiba
ta cuſtodiret. A quo tādē patre defuncto obti
nuit: vt abſoluta a cōnubio monaſteriū ingre
deret. Sicq; ī cenobi oỽginū vrbis coludi ſub
obediētia elbe abbatiſſe amice regis a ſctō pil
frido epō ſacrū velamē accepit: ꝛ ibidē anno in
tegro deo ſeruiēs māſit: deīde ꝓpter ſctitatis
eiꝰ famā electa eſt abbatiſſa in regione elgo in
ꝓuincia oriētaliū anglorū: q̄ eſt inſula paludibꝰ
circūdata: vbi mira ſctitate ꝑpollēs mōaſteriū
ſibi cōmiſſuʒ ſtrenue gubernabat. Sʒ poſt ānos
vij. grauiſſimo percuſſa morbo ad extrema de
veniēs: q̄euit in pace feliciter. ix. kal'. iulij. Cui
ſoror ipſius ſexburch ſucceſſit ī regimine abba
tie. ¶ Poſt annos vō. xvi. cū corpꝰ ſcte ỽginis in
loculo ligneo ſubterraneo iaceret: ꝛ multis vtu
tibꝰ ꝛ ſignis clareret: ipſaq; ſoror ipſius abba
tiſſa in tumulo marmoreo leuare decreuiſſet:
miſit nūcios cū naui ad aliā inſulā ꝓ marmori
bus apportādis: q̄ in ipſo loco arcā ad menſurā
corpis eiꝰ diuinitꝰ exciſaʒ: ꝛ vbi caput iacere de
buiſſet: aliquātulū cōcauā īuenerūt: quā ad mo
naſteriū deferētes corpꝰ in ipſa eq̄ ſibi: vt dictū
eſt cōuenientē collocarūt: qđ oīno īcorruptū mi
roq; fragrans odore reptū eſt. Vulnꝰ etiā qđ ei
in vltima eiꝰ egritudīe ꝓ apoſtematis īciſiōe fa
ctū fuerat: cū q̄ adhuc apto deceſſerat: ſolidatū
inuenerūt oīſa ſignū īciſionis puſſima cicatri
ce. Et cū ſctm̄ corpꝰ in nouo ſepulchro recōde
ret: audita eſt vox ex ipſo cadauere dicens. Sit
gl'ia noī dn̄i. Tactu vō tā ipſius corpis q̄ prio
ris loculi ac veſtiū ſuarū multi egri a diuerſis
languoribus ſanati ſunt.

¶ De ſancta maria de cegnies Cap. cxliij.

**Maria de cegnies cuiꝰ**
vitā ſcribit iacobꝰ de vitriaco orta
villa niuella epatꝰ leodij mediocri
bus parētibꝰ diuitibꝰ attamē: oīa ꝓ
xp̄i amore ab ānis puerilibꝰ cōtēpſit: ꝛ deo ỽui
re ſolicite curauit. Que ānorū. xij. cuidā iohāni
lʒ inuita a parētibꝰ in ꝯiugiū tradita eſt: ꝛ ſecū
cohabitās tā aſperima pnīa ſe macerauit: q̄ ſue
ſctitatis exēplo virū: vt optabat ad caſtitatē in
duxit: ꝛ ad villā q̄ dr̄ villēbroth ipſa vna ſecū ſe
pius adibat: ibiq; ābo cōiuges leproſis miniſte
riū exhibebāt. Tādē viri inſtātibꝰ ꝑcibꝰ obten
ta licētia: xp̄o feruētiꝰ ỽuire cepit: ꝛ ad ſui votū
noctes inſomnes in orōne ducere: ieiunijs ꝛ di
ſciplinis carnē affligere: ꝛ vilibꝰ induta incede
re: ac eccl'ias frequētare. Cū aūt ī die paſceue
a ſacerdote moneret: vt lachrymarū inundātiā
aliquātulū cohiberet: orauit maria ꝓ pſbytero:
qui eodē die celebrās tāto lachrymarū ībre ꝑ
fundit: vt etiā altaris pallia irrigaret. ¶ Pnīa
vō ipſius admirabilis extitit: adeo vt continuo
triēnio ab exaltatiōe ſancte crucis vſq; ad pa
ſcha in pane ꝛ aqua quotidie ieiunaret: ꝛ inde
nil attenuata: nec etiā ex hoc opera manuū in
termitteret. Cui ſepius angeli apparebant: eā
q; diuinis colloquijs refouebant: ꝓcipue tamē
eius angelus ad ſui cuſtodiā datꝰ ei quaſi quo
tidie aſſiſtebat: cui dei ancilla: vt ſuo abbati in
oībus obediens erat. Aliqn̄ etiā a iohāne euā
geliſta exiſtēs in mēſa celeſtibus lapidus refe
cta eſt. Aliqn̄. xxxv. diebus ſine vllo cibo in ſilē
tio ꝑdurauit. Reuelationibꝰ aūt celeſtibus cre
bro conſolabat. ¶ Per annos ſingulos eccleſi
am genitricis dei de cegnies viſitabat: ꝛ ſine vl
la eſca vadens ꝛ rediens triduanū iter agebat.
Angeliq; duo ipſam a dextris ꝛ a ſiniſtris in ipſa
via continue dirigebant: eāq; ab omni periculo
calore ꝛ pluuia ꝓtegebant. Plerūq; eīm imbre
cadente veſtibus oīno ſiccis incedebat. ¶ De
mones aūt ſuis orationibꝰ mira virtute compe
ſcuit. Quoſcunq; etiā q̄tuncūq; male diſpoſi
tos ſe viſitantes ſuis ſermonibꝰ ad penitentiā
ꝓuocauit. Quacūq; tribulatione depreſſos ad
ſummā patiētiā īduxit. Frequēter puer ieſus
dum ſacra leuaret hoſtia in manibus ſacerdo
tis ei apparuit. Plerunq; glorioſa virgo eidē ſe
reuelauit. Plerunq; ꝛ ei deuotꝰ iohānes euāge
liſta eidē aſtitit qui aliqn̄ in ſpecie aquile alis
collum cōplexans roſtrū in pectore figens in
undantia lachrymarū ipſam repente repleuit.
¶ Deniq; frequentiā hominū ad ſe cōcurrētiū
fugiens ex niuella diſceſſit. Et reuelatione di
uina locum ſancti nicolai de cegnies ſibi viſum
ad quietē elegit: vbi ſanctꝰ cōfeſſor loci patro
nus ſibi apparuit: ipſamq; noctu clauſis ianuis
in eccleſiā intromiſit. Ibi quoq; ſanctitate re
pleta ꝛ virtutū opibus inſigniter glorioſa vſq;
ad finē vite permanſit. Obitum aūt ſuū per. vi.
annos ante preſciuit ꝛ aliquibꝰ predixit: diebꝰ
liij. ante ſui exitū cōmunione ſacra ſola refecta
ſine alio cibo perdurauit. In cuiꝰ vltima ꝛ lon
ga egritudine conſuetam ſemper vitā ꝛ abſti
nentiā ſeruauit: ꝛ nunq̄ a ſole vtpote filia lucis
oculos aduertit: multas quoq; in ipſa infirmi
tate reuelationes diuinas habuit: ex quibus ali
qua reuelauit. Cui languēti angeli aſſiſtebāt: ꝛ
eā diuinis allocutionibus cōfortabāt. Sed dū
extremā vnctionē reciperet: xp̄s cum apoſtolis
eidē aduenit ꝛ crucē ad pedes eiꝰ affixit. Pe
trus quoq; claues celeſtis regni eidē reſeran
di viſibiliter oſtendit. Quā cū ad extrema ten
dentē toloſanus epꝰ viſitaſſet: vidit illā in aera
a dei genitrice leuari ꝛ ab angelis obuiātibus
comitari. Sicq; ſanctitate conſumata xp̄o dn̄o
ei in vltimis apparente eiuſq; ſpūs aſſumente
die dn̄ico in vigilia iohannis baptiſte hora diei
ix. obdormiuit in pace. Anno gratie. M. ccxiij.
ix. kalē. iulij. Sepultaq; iacet cegnies in eccle
ſia ſancti nicolai miraculis flagrans.

¶ De ſancto Iohāne preſbytero. Cap. cxliiij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




Johannes preſbyter ⁊ martyꝛ rome ſub iuliano ceſare apoſtata paſſus eſt. Quem cū impius imperatoꝛ xp̄m publice predicātem fama referēte cōperiſſet ip̄m teneri: et inauditū in via ſalariam veterēq̄ꝫ adduci precepit: vbi ſi non adoꝛaret ſimulachꝛum ſolis ante ip̄m idolū decollari mandauit. Qui illud tractus cū adoꝛare cōtemneret iuxta ſententiā pꝛincipis capite ceſus eſt. kalendas iunij. vt in martylogio adonis habet᷑.

¶ De ſancto Felice p̄ſbytero ⁊ mar. Cap̄. cxlv.

Felix preſbyter a martyꝛ in tuſcia ciuitate vernia ſub turtio preſide paſſus eſt tēpoꝛe valeriani. Qui cum xp̄m confiteret᷑ ⁊ idoloꝛum abominādā ſacrificia execraret᷑: necnon xp̄ianos docens ad martyꝛium ſingulos hoꝛtaretur. Turtius a valeriano imperatoꝛe ad ip̄am ciuitatem miſſus tenuit felicē preſbyterū. Cuius os iam diu lapidib⁹ cōtondi fecit: donec ſpiritū emitteret. Cuius coꝛpus hyꝛeneus diaconus iuxta muros ciuitatis ſutrij ſepeliuit. ix. kalen. iulij.

¶ Explicit liber quintus.

# Incipit ꝓlogus ſexti libꝛi.

Sextus liber huius catalogi cum alijs quattuoꝛ ſequentibus vſq̄ꝫ ad vndecimū excluſiue: continet geſta et paſſiones ſanctoꝛū quoꝛū feſtiuitates eueniūt: infra tp̄s in quo repꝛeſentat eccleſia ex ip̄ius diuine ſponſe ⁊ verbi dei cōiugio filioꝛū multiplicationē ⁊ propagationē: qđ tp̄s fuit a pꝛime eccleſie fundatione facta per apoſtolos ⁊ durauit vſq̄ꝫ ad finē ſeculi. Hoc aūt tp̄us eccleſia repꝛeſentat ab octaua coꝛp̄is xp̄i que plerunq̄ꝫ cōtingit circa feſtū natiuitatis ſancti iohannis baptiſte vſq̄ꝫ ad aduentū dn̄i. Hoꝛū aūt filioꝛū quidā fuerūt ip̄ius eccleſie fundatoꝛes vt apoſtoli: quidam edificatoꝛes: vt doctoꝛes: quidā conſeruatoꝛes: vt confeſſoꝛes: quidā defenſoꝛes vt martyꝛes: quidam augmentatoꝛes: vt virgines: idcirco tēpus ip̄ſum in quinq̄ꝫ partes: ⁊ per cōſequens in. v. libꝛos diuiſum eſt. ¶ Nam in hoc. vi. libꝛo myſtice figurātur filij eccleſie fundatoꝛes: ſcꝫ apoſtoli a natiuitate videlicꝫ iohānis baptiſte vſq̄ꝫ ad kalen. auguſti. Et hoc ſub figura regū iſrael ⁊ iuda: quoꝝ libꝛi tunc legunt᷑: ꝑ quos apoſtoli deſignant᷑: q̇ pꝛincipes populoꝝ facti ⁊ a deo principes ſuꝑ oēm terrā ꝯſtituti: cū xp̄o quoq̄ꝫ in. xij. ſedib⁹ in die iudicij cōſeſſuri eidē regi regū cōregnare credunt᷑. Nā ⁊ mattheus euāgeliſta in generatiōe xp̄i. xvi. reges enumerat a dauid vſq̄ꝫ ad iechoniā: a quibus xp̄s eſt ꝑ carnē ꝓpagatus: ſignificātes. xij. apoſtolos: quoꝝ duo euangeliſte fuerunt: ⁊ alios duos euāgeliſtas necnō paulum ⁊ barnabā doctoꝛes gentiū: a quibus dei filius ꝑ euangeliū quo ad mūdi noticiā quodammodo eſt regeneratus. ¶ In ſeptimo libꝛo figurātur eccleſie cōſtructoꝛes: ſcilꝫ doctoꝛes a kalē. auguſti vſq̄ꝫ ad kalen. ſeptēbꝛis ſub figura ſapiētiſſimi ſalomonis: cuius tunc libꝛi legunt᷑: cuiuſq̄ꝫ vices in eccl'ia gerūt doctoꝛes ſcti diuina ſapiētia repleti: et quib⁹tā in grecoꝝ q̄ꝫ latinoꝛū eccl'ia q̄ttuoꝛ p̄ncipalioꝛes exiſtūt: ꝑ q̄ttuoꝛ libꝛos ſapiētie deſignati. ¶ In octauo libꝛo figurant᷑ eccl'ie cōſeruatoꝛes: videlꝫ confeſſoꝛes ꝑ totū mēſem ſeptēbꝛis. Et hoc ſub figura ſanctoꝝ Iob: Tobie: Iudith ⁊ Heſter: quoꝝ geſta tūc recolunt᷑: cōfeſſionē ⁊ patientiā confeſſoꝛū denotātia: q̇ in tribulatione poſiti mūdū carnē ⁊ diabolū triūpharūt. ¶ In nono libꝛo figurātur eccl'ie defenſoꝛes. i. martyꝛes ꝑ totū mēſeꝫ octobꝛis: ſub typo ſctōꝝ machabeoꝝ: quoꝝ tūc libꝛi ponunt᷑: q̇ vti ſcti martyꝛes ꝓ fide ſic ⁊ illi ꝓ dei lege vſq̄ꝫ ad effuſionē ſanguinis viriliter decertarūt. ¶ In decimo libꝛo figurant᷑ eccl'ie augmētatoꝛes: ſcꝫ v̾gines ꝑ totū mēſem nouēbꝛis vſq̄ꝫ ad aduētū: ⁊ hoc ſub figura ꝓphetarū quoꝝ tunc vaticinia recolunt᷑: q̇ vt plurimi ſpꝛeto carnali cōiugio mētis et coꝛpis integritate dn̄o ſeruiētes aduentū xp̄i ⁊ futura tp̄a ꝑ ſpm̄ pꝛedixerūt. ¶ Hic ergo ſextus liber cōtinet geſta ſanctoꝝ illoꝝ: quoꝝ feſta occurrūt infra tp̄s in quo rep̄ſentant᷑ eccl'ie fundatoꝛes: q̇ fuerunt apoſtoli: qui eccl'iam ip̄am nedū p̄ncipali verbi dei pꝛedicatione: ſed etiā ſui ſanguinis effuſione fundarūt: quod tēpus eccleſia rep̄ſentat ab octaua coꝛpoꝛis xp̄i ſiue a natiuitatis feſto ſancti iohannis baptiſte vſq̄ꝫ ad kalen. auguſti. Et hi vt dictum eſt ſub figura regū iſrael: quoꝛum tunc libꝛi legunt᷑. Ad huius ergo tēpoꝛis feſta pertractanda veniendū eſt. ¶ Et quia hoc tempoꝛe libꝛi regum legūtur: merito feſtis ſanctoꝛum tempoꝛis geſta illoꝛū ſanctoꝛū regum pꝛemittētur: quoꝛū dies obitus certi nullo loco reperiunt᷑: videlꝫ ezechie ⁊ ioſie. Soli eīm hi duo cum tertio dauid pꝛopheta ſancto ex omnibus regibus iſrael. Eccleſiaſtici. xlviij. ⁊. xlix. inter patres ſanctos illius tempoꝛis ſancti nominātur. Sed de dauid ſuo certo die feſto ſuo loco tractatuꝫ fuit: videlꝫ. iiij. kalen. ianuarij. Ideo de ezechia et ioſia dicendum eſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN